

futuri forent, sui heredes sunt. §. 3. Sui autem heredes sunt etiam ignorantibus; & licet furiosi sint, heredes possunt existere: quia quibus<sup>1</sup> ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest. Et statim morte parentis quasi<sup>2</sup> continuatur dominium: & ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis; cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas; nec curatoris assensu acquiratur furioso, sed ipso jure<sup>3</sup>. §. 4. Interdum autem, licet in potestate<sup>4</sup> [parentis] mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: veluti [si] ab hostibus quis reversus fuerit post mortem patris [sui:] jus enim postliminii hoc facit. §. 5. Per contrarium [autem hoc] evenit, ut licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater judicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria ejus damnata fuerit: suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedat<sup>5</sup>, sed potest dici ipso [quidem] jure suum heredem esse, sed definire. §. 6. Cum filius filiae, & ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hereditatem [avi] vocantur; nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit. Æquum enim esse videtur, nepotes neptisve in patris sui locum succedere<sup>6</sup>. Pari ratione & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur<sup>7</sup>. Et quia placuit nepotes neptisve, item pronepos proneptisve in parentis sui locum succedere: convenienter esse visum est, non in capita<sup>8</sup>, sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hereditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filiis nepotes neptisve existant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad unum aut duos dimidia pars pertinet, ac tres vel ad quatuor altera dimidia.

§. 7. Cum autem quaeritur, an quis suus heres existere possit: eo tempore quaerendum est, quo certum est aliquem sine testamento decessisse; quod accidit, & deestitudo testamento. Hac ratione<sup>10</sup>, si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio mortuo postea certum fuerit heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit; nepos avo suus heres existet: quia, quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos<sup>11</sup>. & hoc certum est. §. 8. Et licet post mortem avi natus sit: tamen<sup>12</sup> avo vivo conceptus, mortuo patre ejus, posteaque deferto avi testamento, suus heres efficitur. Plane si & conceptus & natus fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, defertoque postea avi testamento, suus heres avo non existet: quia nullo jure cognationis patrem sui patris attingit. Sed nec<sup>13</sup> ille est inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptavit. Hi autem, cum non sint sui (quantum ad hereditatem) liberi: neque bonorum possessionem petere possunt quasi proximi cognati. Hæc de suis heredibus. §. 9. Emancipati autem liberi, jure civili nihil juris habent, (neque enim sui heredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt) neque ullo alio jure per legem XII. tabularum vocantur: sed<sup>14</sup> Prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem. Unde liberi: perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent: sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, emancipato uno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit, sane quidem is, qui in potestate fuit, solus jure civili heres est, & solus suus heres: sed cum emancipatus beneficio<sup>15</sup> Prætoris in partem admittitur, evenit, ut suus heres pro parte heres fiat. §. 10. At hi<sup>16</sup>, qui emancipati a parente in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quasi liberi: si modo, cum is moreretur, in adoptiva familia fuerint. Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec unquam in adoptiva familia fuissent. Et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortem vero naturalis patris emancipati<sup>17</sup> ab adoptivo patre, & quantum ad hunc adoptivum patrem pertinet, æque extraneorum loco sunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilominus liberorum gradum nanciscuntur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptivi<sup>18</sup>, ad quos bona naturalis patris pertineant; utrum ad liberos ejus, an ad agnatos. §. 11. Minus ergo juris habent adoptivi [filii] quam naturales: namque naturales emancipati, beneficio<sup>19</sup> Prætoris gradum liberorum retinent<sup>20</sup>, licet jure civili perdant; adoptivi vero emancipati, & jure civili perdunt gradum liberorum, & a Prætoribus non admittuntur: & recte. Naturalia<sup>21</sup> enim jura civilis ratio perimere non potest, nec, quia desinunt sui heredes esse, possunt definire filii filiaeve, aut nepotes neptisve esse: adoptivi vero emancipati, extraneorum loco incipiunt esse; quia jus nomenque filii filiaeve, quod per adoptionem consequuti sunt, alia civili ratione<sup>22</sup>, id est, emancipatione perdunt.

§. 12. Eadem hæc observantur, & in ea bonorum possessione, quam<sup>23</sup> contra tabulas testamenti parentis liberis præteritis, id est, neque heredibus institutis, neque ut oportet exheredatis, Prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat Prætor ad eandem bonorum possessionem: eos vero, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus<sup>24</sup>, quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona ejus [non] admittit, quia desinunt [in] numero liberorum [ejus] esse<sup>25</sup>. §. 13. Admonendi tamen sumus, eos qui in adoptiva familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte Edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur<sup>26</sup>, alia tamen parte vocari, scilicet qua

cognati defuncti vocantur<sup>27</sup>. Ex qua parte ita admittantur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obissent, neque adgnatus quidem ullus interveniat<sup>28</sup>. Ante enim Prætor liberos vocat, tam suos heredes, quam emancipatos; deinde legitimos heredes; deinde proximos cognatos.

§. 14. Sed ea omnia antiquitati [quidem] placuerunt: aliquam autem emendationem a nostra constitutione<sup>29</sup> acceperunt, quam super iis personis composuimus, quæ a patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii & naturalium parentum successionem propter adoptionem amittebant, & adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia jura ita servari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsequuta: nisi in hoc tantummodo casu, ut<sup>30</sup> possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem ab eo facto, neque jure civili, neque prætorio, ex hereditate ejus aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnata, neque inofficiosi querela instituta: cum nec necessitas patri adoptivo imponatur, vel heredem eum instituere, vel exheredatum eum facere, utpote nullo vinculo naturali copulatum, neque si ex Sabiniano Senatufconsulto ex<sup>31</sup> tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in ejusmodi casu, neque quarta ei servatur, neque ulla actio ad ejus persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit. Utroque enim jure tam naturali, quam legitimo in hanc personam concurrente, pristina jura tali adoptioni servamus, quemadmodum si paterfamilias sese dederit adrogandum: quæ specialiter & singulariter ex præfata constitutione tenore possunt colligi. §. 15. Item vetustas<sup>32</sup> ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes vel neptes, qui [quæve] ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & jure<sup>33</sup> adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus<sup>34</sup> nati sunt, & pronepotes ex neptibus cognatorum loco connumerans, post adgnatorum lineam eos vocabat tam in avi vel proavi materni, quam in aviæ vel proaviæ, sive paternæ, sive maternæ successionem. Divi autem Principes<sup>35</sup> non passi sunt talem contra naturam injuriam sine competenti emendatione relinquere: sed cum nepotis & pronepotis nomen commune sit utrisque, tam qui ex masculis, quam qui ex foeminis descendunt: ideo eundem gradum & ordinem successionis eis donaverunt. Sed ut amplius aliquid sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris juris suffragiis muniuntur: portionem nepotum vel neptum, vel deinceps (de quibus supra diximus) paulo minuendam esse existimaverunt: ut minus tertia parte acciperent, quam mater eorum, vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel avus paternus, sive maternus, quando foemina mortua sit, cujus de hereditate agitur: iisque (licet soli sint) adeuntibus adgnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex<sup>36</sup> XII. tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes, vel proneptes in locum patris sui<sup>37</sup> ad successionem avi sui vocat: ita & principalis dispositio in locum matris suæ vel aviæ, eos cum jam designata partis tertiæ deminutione vocat. §. 16. Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes, quartam partem substantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cujusdam constitutionis auctoritate: memoratis quidem constitutionem a nostro Codice segregavimus, neque inferi eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra<sup>38</sup> autem constitutione promulgata, toti juri ejus derogatum est: & sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps superstitibus adgnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare: ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto jure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem & tempora, & nunc sancimus: ita tamen, ut quemadmodum inter filios & nepotes ex filio antiquitas statuit<sup>39</sup>, non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem fieri jubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes & alias deinceps personas: ut utraque progenies, matris vel patris, aviæ vel avi portionem sine ulla deminutione consequatur: ut si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

## TIT. II.

DE LEGITIMA ADGNATORUM<sup>40</sup> SUCCESSIONE.

Secundus ordo heredum legitimorum. 1. De adgnatis naturalibus. 2. De adoptivis. 3. De masculis & foeminis. 4. De filiis sororum. 5. De proximis vel remotis. 6. quo tempore proximitas spectatur. 7. De successorio Edicto. 8. De legitima parentum successione.

SI nemo suus heres, vel eorum, quos inter suos heredes Prætor, vel Constitutiones vocat, existat, qui successionem quoquomodo amplectatur: tunc ex Lege<sup>42</sup> XII. tab. ad<sup>43</sup> adgnatum proximum pertinet hereditas. §. 1. Sunt autem<sup>44</sup> adgnati<sup>45</sup> (ut primo quoque libro tradidimus) [cognati] per virilis sexus personas cognatione conjuncti, quasi a patre cognati: itaque [ex] eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur<sup>46</sup>: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi adgnatus est. Eodem numero sunt fratres patruales, id est,

1 l. 2. in princ. ff. de obl. & ast. 2 Vide l. 11. ff. de lib. & posth. l. 8. C. de jur. delib. 3 Secundus in hereditate extranei. l. 9. §. 3. ff. de aut. tutor. §. 1. Inst. cod. locus in possessione, l. 1. §. 3. ff. de adq. vel amit. poss. præsertim feudali. Zal. consil. 20. num. 8. §. 13. 4 l. 31. l. 34. D. de vulg. 5 In solidum in eo crimine. l. ult. ff. ad l. Jul. majest. l. 5. C. ad l. Jul. majest. in aliis pro dimidia, jure veteri, l. ult. C. de bon. prof. jure novo, in nulla. Novell. 17. cap. 12. 6 Vide l. 2. §. 3. C. de suis. 7 Hinc colligunt, jure representationis in linea recta non habere locum in infinitum, sed tantum ad pronepotes, per h. §. & l. 23. §. 1. ff. de bon. lib. Sed contra vide Arum. exerc. Justin. 11. th. 5. ex l. 7. §. 1. ff. de test. null. ibi: liberos, ergo & eos qui sunt post nepotes, l. 220. ff. de verb. signif. Item ex l. unic. C. de his qui ante apert. tab. Cui pronepos transmittit hereditatem a suo proavo relictam in liberos suos: Ergo multo magis eum representant: quam representatio facilius inducatur, quam transmissio. l. 3. C. de suis & legitim. vide Fortier. de success. lib. 4. c. 20. Treud. de hered. ab intest. th. 1. lict. h. Anf. 8 §. ult. J. cod. Nov. 118. c. 1. in fin. adde l. 2. §. 7. D. de excuf. tut. 9 l. ult. in fin. ff. de cond. inst. 10 l. 1. §. sciendum. D. de suis. 11 Al. Nepos suus heres esse. S. L. 12 l. 6. l. 7. D. cod. 13 l. 26. ff. de adopt. 14 Quis enim patitur jura filii naturalis, nexu divino copulata, Indubio defraudari? l. 10. in princ. C. de adopt. adde §. 11. J. cod. vide l. 15. §. cum igitur prætorum. l. C. de leg. her. 15 l. 5. C. de cond.

indeb. 16 l. 4. ff. unde lib. 17 l. pen. §. 2. C. de adopt. 18 Ex arbitrio alieno; huc facit l. 32. l. 70. D. de her. inst. 19 l. 3. C. de legit. her. 20 Novell. 118. c. 1. in fin. 21 §. ult. §. de legit. agn. l. 8. ff. de reg. jur. 22 Id est, alio civili actu, l. 77. ff. de reg. jur. 23 l. 1. §. 1. ff. de bon. poss. contra tab. 24 l. pen. in pr. ibi. si enim post patris obitum. C. de adopt. 25 Ut autem quis admitti possit, ex liberis eum esse oportet, l. 1. §. & sui. 6. l. 3. §. 2. ff. de bonor. poss. contra tab. 26 l. 4. ff. unde liberi. 27 l. 1. §. cognationem. ff. unde cognati. 28 l. 1. D. quis iudo in bon. poss. 29 l. pen. C. de adopt. 30 §. 2. §. de adopt. 31 Vide l. ult. in fin. C. de decur. 32 Et jus divinum, Num. 25. hoc tamen jus succedendi Justinianus barbarum vocat. Nov. 21. in princ. 33 Al. Juri agnatorum. S. L. 34 Quæ familie suæ & caput & finis sunt. l. 195. in fin. ff. de verb. sign. 35 Valent. Theod. Arcad. l. 9. C. de suis. 36 l. 17. C. de collat. Anf. 37 l. 3. C. de suis. 38 l. ult. C. cod. 39 Vide §. 6. §. cod. 40 L. 38. D. 15. l. 6. C. 58. Nov. 118. cap. 3. Ulp. tit. 26. 41 Hodie adgnati non differunt jure a cognatis, vide Nov. 118. c. 4. & quæ ibidem notavi. 42 Quam vide apud Ulp. tit. 25. §. 1. 43 l. 1. 2. D. cod. 44 Vide l. 5. D. unde legit. 45 Agnatus cognati continentur. Patruus & agnatus est & cognatus: Avunculus, cognatus tantummodo. Paul. 4. sent. §. 1. 46 Vide l. 1. §. pen. D. cod.

qui ex duobus fratribus procreati sunt<sup>1</sup>, qui etiam consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis pervenire poterimus.

† <sup>2</sup> *Li* etiam, qui post mortem patris nascuntur, jura consanguinitatis nanciscuntur. † Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximiores<sup>3</sup> gradu sunt, cum certum esse coeperit aliquem intestatum decessisse. §. 2. Per adoptionem<sup>4</sup> quoque adgnationis jus consistit: veluti inter filios naturales, & eos quos pater eorum adoptavit. Nec dubium est, quin improprie consanguinei appellentur. Item si quis ex cæteris adgnatis [tuis,] veluti frater, aut patruus, aut denique is, qui longiore gradu est, adoptaverit aliquem: adgnatus inter suos<sup>5</sup> heredes esse non dubitatur. §. 3. Cæterum inter masculos quidem adgnationis jure hereditas etiam si longissimo gradu<sup>6</sup> sint, ultro citroque capitur. † Quod ad fœminas vero attinet, ita placebat, ut ipsæ<sup>7</sup> consanguinitatis jure, tantum capiant hereditatem, si forores sint: ulterius non capiant. Masculi autem ad earum hereditates, etiam si longissimo gradu sint, admittantur. Qua de causa fratris tui, aut patris tui filia, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat: tua vero ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita jura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent.

† Sed quia sane iniquum erat, in universum eas quasi extraneas repellere: Prætor eas ad bonorum possessionem admittit, ea parte, qua<sup>8</sup> proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur: ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque adgnatus ullus, neque proximior cognatus interveniat. † Et hæc quidem Lex XII. tabularum nullo modo introduxit: sed simplicitatem<sup>9</sup> legis amicam amplexa, simili<sup>10</sup> modo omnes adgnatos, sive fœminas<sup>11</sup>, cujuscunque gradus, ad<sup>12</sup> similitudinem suorum invicem ad successionem vocabat. Media autem jurisprudentia<sup>13</sup>, quæ erat quidem Lege XII. tabularum junior, imperiali autem dispositione anterior: subtilitate quadam excogitata, præfatam differentiam inducebat, & penitus eas a successione adgnatorum repellerebat: omni alia successione incognita, donec Prætores paulatim asperitatem juris civilis corrigentes, sive quod deerat implentes, humano proposito, alium ordinem suis Edictis addiderunt: & cognationis linea, proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adjuvabant, & pollicebantur his bonorum possessionem, quæ *unde cognati* appellatur. † Nos vero Legem XII. tab. sequentes, & ejus vestigia in hac parte conservantes: laudamus quidem Prætores suæ humanitatis, non tamen eos in plenum [huic] causæ mederi invenimus. Quare etenim uno eodemque gradu naturali concurrente, & adgnationis titulis, tam in masculis, quam in fœminis æqua lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omnium adgnatorum, ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus; nisi soli forori ad adgnatorum successionem patebat aditus. Ideo [nos] in plenum omnia reducunt, & ad jus XII. tab. eandem dispositionem exæquant, nostra constitutione<sup>14</sup> sancimus, omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes, sive masculini generis, sive<sup>15</sup> fœminini sint, simili modo ad jura successionis legitimæ ad intestato vocari secundum<sup>16</sup> sui gradus prærogativam: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis jura, sicut germanæ, non habent. §. 4. Hoc etiam addendum nostræ constitutionis existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a jure cognationis in legitimam successionem: ut non solum fratris filius & filia (secundum quod jam definivimus) ad successionem patris<sup>17</sup> sui vocentur: sed etiam germanæ consanguinæ, vel fororis uterinae filius & filia soli, & non deinceps personæ una cum his ad jura avunculi sui perveniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est sui fratris filius, avunculus autem fororis suæ soboli: simili modo ab utroque latere succedant, tanquam si omnes ex masculis descendentes, legitimo<sup>18</sup> jure veniant, scilicet ubi frater & foror superstitibus non sunt. His etenim personis præcedentibus & successionem admittentibus: cæteri gradus remanent penitus semoti<sup>19</sup>, videlicet hereditate non in stirpes, sed in capita dividenda. §. 5. Si plures sint gradus adgnatorum: aperte Lex XII. tab.<sup>20</sup> *Proximum* vocat. Itaque si (verbi gratia) sint defuncti frater, & alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. Et quamvis singulari numero ufa Lex [XII. tab.] *proximum* vocet, tamen dubium non est, quin si plures sint ejusdem gradus, omnes<sup>21</sup> admittantur<sup>22</sup>. Nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur: & tamen non dubium est, quin licet unus sit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hereditas. §. 6. Proximus autem, siquidem nullo testamento factio quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cujus de hereditate queritur<sup>23</sup>. † Quod si factio testamento quisquam decesserit: per hoc tempus requiritur, quo certum esse coeperit, nullum ex testamento heredem extitutum, tunc enim proprie quisque intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo spatio temporis sæpe accidit, ut proximior mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus. §. 7. Placebat<sup>24</sup> autem, in eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse: id est, ut quamvis proximus, qui secundum ea quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut antequam adeat, decesserit: nihilo magis legitimo jure sequentes admittantur. Quod iterum Prætores imperfecto jure

corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant: sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote adgnationis jure eis recluso. Sed nos nihil perfectissimo juri deesse cupientes, nostra constitutione<sup>25</sup>, quam de jure patronatus, humanitate suggerente protulimus, [sancimus] successionem in adgnatorum hereditatibus non esse eis<sup>26</sup> denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis a Prætoribus apertum est, hoc adgnatis esse reclusum: maxime cum in onere quidem tutelarum & primo gradu deficiente sequens succedit, & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum. §. 8. Ad legitimam successionem nihilominus vocatur<sup>27</sup> etiam parens, qui contracta<sup>28</sup> fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat: quod ex nostra constitutione<sup>29</sup> omnino inducitur, ut emancipationes liberorum semper videantur quasi contracta fiducia fieri: cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumississet.

## TIT. III.

DE SENATUSCONSULTO TERTYLLIANO<sup>30</sup>.

*De lege XII. Tab. & jure Prætorio. 1. De constitutione Divi Claudii. 2. Ad SC. Tertull. de jure liberorum. 3. Qui præferuntur matri vel cum ea admittuntur. 4. Jus novum. De jure liberorum sublato. 5. Quibus mater præponitur, & quibus admittitur. 6. De tutore liberis petendo. 7. De vulgo quaesitis.*

**L**EX XII. tabularum ita stricto jure utebatur, & præponebat masculorum progeniem: & eos qui per fœminini sexus necessitudinem sibi junguntur, adeo<sup>31</sup> expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret: nisi quod Prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem bonorum possessione, *unde cognati*, accommodata, vocabant.

§. 1. Sed hæc juris angustia postea emendata sunt. Et primus quidem Divus Claudius<sup>32</sup> matri ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum deluit hereditatem. §. 2. Postea autem SC. Tertulliano, quod D. Hadriani<sup>33</sup> temporibus factum est, plenissime de tristi<sup>34</sup> successione matri<sup>35</sup>, non etiam aviæ, deferenda cautum est: ut ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis sit<sup>36</sup>: ut scilicet cum alieno juri subjecta est, jussu ejus adeat [hereditatem] cujus juri subjecta est. §. 3. Præferuntur<sup>37</sup> autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt, sive primi gradus, sive ulterioris. Sed & filia suæ mortuæ filius, vel filia præponitur ex constitutionibus matri defunctæ, id est, aviæ suæ. Pater vero utriusque, non etiam avus & proavus matri<sup>38</sup> anteponitur<sup>39</sup>, scilicet cum inter eos solos de hereditate agitur. Frater autem consanguineus tam filii quam filia excludebat<sup>40</sup> matrem<sup>41</sup>: foror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed si fuerant frater & foror consanguinei, & mater liberis onerata: frater quidem matrem excludebat; communis autem erat hereditas ex æquis partibus<sup>42</sup> fratribus & fororibus. §. 4. Sed nos constitutione, quam in Codice nostro nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus: respicientes ad<sup>43</sup> naturam, & puerperium<sup>44</sup>, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideoque impium esse credidimus, casum fortuitum in ejus admitti detrimentum: si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immerito<sup>45</sup> defraudabatur successione suorum liberorum: quid enim peccavit, si non plures sed paucos peperit? Et dedimus jus legitimam plenum matribus (sive ingenuis sive libertinis), & si non ter enixæ fuerint vel quater, sed cum tantum vel eam qui quæve morte intercepti sunt, ut sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem.

§. 5. Sed cum antea constitutiones<sup>46</sup> jura legitimæ successionis perscrutantes, partim matrem adjuvabant, partim eam prægravabant, nec in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis visum<sup>47</sup> est recta & simplici via matrem omnibus personis legitimis<sup>48</sup> anteponi, & sine ulla deminutione filiorum suorum successionem accipere: excepta fratris & fororis persona, sive consanguinei sint, sive sola cognationis jura habentes: ut quemadmodum eam toti alii ordini legitimo præposuimus, ita omnes fratres, & forores, sive legitimi sint, sive non, ad capiendas hereditates simul vocemus: ita tamen, ut si quidem solæ forores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ supersint<sup>49</sup>: dimidiam quidem mater<sup>50</sup>, alteram vero dimidiam partem omnes forores habeant. Si vero matre superstitite & fratre, vel fratribus solis, vel etiam cum fororibus, sive legitimis, sive sola cognationis jura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur: in capita distribuatur ejus hereditas. §. 6. Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suæ soboli consulere: scituris eis, quod si tutores<sup>51</sup> liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati, intra annum petere neglexerint; ab eorum impuberum morientium successione merito repellentur. §. 7. Licet autem vulgo quaesitus<sup>52</sup> sit filius filiaque: potest tamen ad bona ejus mater ex Tertulliano Senatusconsulto admitti.

1 l. ult. §. quarto gradu. 15. ff. de gradibus. 2 l. ult. D. unde legitimi. l. 1. §. 10. in fm. D. de suis & legit. 3 l. 2. §. 2. 4. D. de suis & legit. 4 l. 2. §. 3. D. de suis & legit. 5 Hottomann. & Pac. leg. Inter suos deleta voce, heredes. Al. inter tuos. S. L. 6 Pura decimo. §. fm. infra de success. cognat. an & ultra decimum? negat ibidem Myns. ait itaque agnatis præferri vel virum vel uxorem vel Ecclesiam vel fœdum: ab eo tamen dissentit Wesenbecius. 7 Fœminæ ad hereditatem legitimam ultra consanguineam vel ultra consanguinearum gradum ad successionem: item ad legitimam hereditatem non admittuntur, jure civili Voconiana rogatione Paul. 4. sent. 1. §. 3. Ulp. 26. §. 6. 8 De qua J. prox. tit. in princ. & J. in pr. de servili cognat. l. 3. l. 4. ff. unde cognati. 9 §. 7. §. de fideic. heredit. 10 Paul. 4. sent. 8. §. 5. Nov. 118. 11 Ulp. 26. §. 1. 12 Hoc fallum esse videtur. J. ad SC. Tertull. 13 Intelligit legem Voconiam (de qua Paul. d. loco. & Ulp. tit. 26. §. 6.) per quam fœminæ, ultra consanguineorum gradum, ab hereditatibus legitimis arcebantur. 14 l. pen. & ult. C. de legit. hered. 15 Novell. 21. in pr. & 118. c. 4. 16 Ut priore loco consanguinei, id est, fratres & forores ex eodem parte: post reliqui, adgnati proximi, & ex his descendentes etiam fœminæ, servato semper gradu suo. 17 Patris sui, l. pen. §. 1. C. de leg. her. 18 Et succedant inter se in capita. J. eod. d. l. pen. Zaf. 1. respons. 7. Myns. 3. obs. 94. idem Carolus V. statuit. Cajus 2. Instit. 8. 19 Hodie non sunt semoti ob introductum jus representationis. Novell. 127. quo liberi defuncti fratris cum patruo succedunt in stirpes. Auth. cessante. C. de leg. her. 20 l. 195. §. 1. ff. de verb. sign. 21 Singulari numero continetur pluralis. l. 17. §. 1. ff. de leg. 1. 22 Non in stirpes, sed in capita, l. 2. §. 2. ff. de suis. 23 Defuncto proximus quis censetur ab intestato mortis tempore: ex testamento, eo defuncto, vide l. 2. §. 6. ff. eod. 24 In heredita-

te legitima olim non erat successio. Nam fratre decedente antequam adiret, aut repudiaret hereditatem, fratris filius admitti non poterat: quia omnis successio proximiori deferrebat. Paul. 4. sent. 8. §. 4. 25 Quæ non extat. 26 Proximus scilicet adgnatis: siquidem olim proximo moriente aut spernente ante aditam hereditatem, sequentes non admittuntur. l. 2. in pr. ff. eod. 27 Nov. 118. c. 2. 28 I. Cajus 6. & ita pater heres erat filii emancipati ex contracta fiducia. Atqui patri acquirit hereditatem non posse, dicitur l. 4. C. de inutilib. stipul. l. 61. ff. de verb. oblig. l. 34. C. de transact. l. 25. C. de pact. 29 l. ult. C. de emancip. 30 L. 38. D. 17. L. 6. C. 56. Ulp. tit. 26. §. ult. Paul. 4. sent. 9. Tertulliano Senatusconsulto cavetur, quemadmodum liberis matres succedant. 31 Imo idem in masculis & fœminis eadem lex statuebat, l. 14. in pr. C. de legit. her. 32 Suet. in Claudio, c. 19. 33 Id est, D. Pii (eam enim appellationem sortitus est adoptionis jure) Tertullo & Sacerdote Coss. Cujac. 34 Vide l. ult. C. de inst. & subst. 35 Hodie etiam avia succedet suo gradu. Nov. 118. c. 2. in princ. 36 Vide l. 12. in pr. C. de collat. 37 Vide l. 2. §. liberi. 6. ff. l. 2. C. h. t. 38 l. 2. C. eod. l. 2. §. objicitur. 15. D. eod. 39 Hodie non anteponitur pater matri, l. ult. §. 1. C. eod. 40 l. 4. C. eod. 41 Hodie frater defuncti, ejus matrem non excludit. 42 l. ult. C. de jure liberorum. 43 Liberorum successiones matribus delatæ quatuor potissimum de causis. 44 Vide l. ult. C. qui potiores. 45 l. 2. C. de jure liberorum. 46 Constantini, l. 1. l. 2. C. Theod. de legit. hered. 47 l. ult. C. eod. 48 Id est, agnatis. pr. Instit. de success. cognator. 49 l. ult. in fm. C. eod. 50 Hodie mater cum fratribus & fororibus defuncti succedit in virilem portionem, Nov. 22. cap. 47. in fm. Vide Nov. 118. cap. 2. 51 Vide l. 2. §. 1. ff. qui pascunt sui. 52 l. 1. in pr. ff. unde cognati.

TIT. IV.

DE SENATUSCONSULTO ORPHITIANO 1.

Origo & summa Senatusconsulti. 1. De nepote & nepte. 2. De capitis deminutione. 3. De vulgo quaesitis. 4. De jure accrescendi inter legitimos heredes.

Per contrarium autem liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur ex Senatusconsulto Orphitiano, quod Orphitio & Rufo Consulibus effectum est divi Marci temporibus: & data est tam filio, quam filiae legitima hereditas, etiamsi alieno juri subiecti sint: & praefertur confanguineis & adgnatis defunctae matris. §. 1. Sed cum ex hoc SC. nepotes [& neptes] ad aviae successione legitimo jure non vocarentur, postea hoc constitutionibus principalibus emendatum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque & nepotes & neptes vocentur. §. 2. Sciendum autem est, hujusmodi successiones, quae ex Tertuliano & Orphitiano Senatusconsultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua novae hereditates legitimae capitis deminutione non pereunt, sed illae solae, quae ex lege duodecim tabularum deferuntur. §. 3. Novissime sciendum est, etiam illos liberos qui vulgo quaesiti sunt, ad matris hereditatem ex hoc Senatusconsulto admitti. §. 4. Si ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte, vel alia causa impediti fuerint, quominus adeant: reliquis, qui adierint, adcrevit illorum portio: & licet ante decesserint, ad heredes tamen eorum pertinet.

TIT. V.

DE SUCCESSIONE COGNATORUM.

Tertius ordo succedentium ab intestato. 1. Qui vocantur in hoc ordine. De adgnatis capite minutis. 2. De conjunctis per feminas. 3. De liberis datis in adoptionem. 4. De vulgo quaesitis. 5. Ex quoto gradu adgnati, vel cognati succedunt.

Post suos heredes, eosque quos inter suos heredes Praetor & constitutiones vocant, & post legitimos (quo numero sunt adgnati, & hi, quos in locum adgnatorum tam supradicta Senatusconsulta, quam nostra erexit constitutio) proximos cognatos Praetor vocat. §. 1. Quae parte naturalis cognatio spectatur: nam adgnati capite deminuti, quique ex his progeniti sunt, ex lege XII. tabularum inter legitimos non habentur, sed a Praetore tertio ordine vocantur: exceptis solis tantummodo fratre & sorore emancipatis (non etiam liberis eorum) quos lex Anatastiana cum fratribus integri juris constituit, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem sive sororis: non aequis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius constitutionis verbis colligere. Aliis vero adgnatis inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen anteponit eos, & procul dubio cognatis. §. 2. Eos etiam qui per feminam sexus personae ex transverso cognatione junguntur: tertio gradu proximitatis nomine Praetor ad successionem vocat. §. 3. Liberi quoque, qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur. §. 4. Vulgo quaesitos, nullos habere adgnatos, manifestum est: cum adgnatio a patre sit, cognatio a matre: hi autem nullum patrem habere intelligantur. Eadem ratione ne inter se quidem possunt videri confanguinei esse: quia confanguinitatis jus species est adgnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi, sicut & matri cognati sunt. Itaque omnibus [iuris ex] ea parte competit bonorum possessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur. §. 5. Hoc loco & illud necessario admonendi sumus: adgnationis quidem jure admitti aliquem ad hereditatem, etsi decimo gradu sit: sive de lege XII. tabularum quaeramus, sive de edicto, quo Praetor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. † Proximitatis vero nomine iis solis Praetor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo sobrino sobrinaque nati natae.

TIT. VI.

DE GRADIBUS COGNATIONUM 21.

Continuatio, divisio cognationis. 1. Gradus Primus. 2. Secundus. 3. Tertius. 4. Quartus. 5. Quintus. 6. Sextus. 7. Septimus, & reliqui. 8. De gradibus adgnationis. 9. De graduum descriptione.

Hoc loco necessarium est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendum sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quae etiam a latere dicitur. Superior cognatio est parentum: inferior liberorum: ex transverso fratrum sororumque, & eorum, qui quaeve ex his generantur, & convenienter patri, ami-

1 L. 38. D. 17. l. 6. C. 57. Ulp. tit. 26. §. 7. Paul. 4. tit. 10. 2 l. 1. in pr. ff. h. t. t. 1. C. cod. 3 Non ex lege 12. Tab. quia feminae suos heredes non habent. Ulp. tit. 26. §. 7. 4 l. 9. D. ead. 5 Theodosii & Arcadii, l. 4. C. Theodos. de legitimis heredibus. 6 l. 1. §. capitis. D. h. t. 7 Paul. 4. sent. 10. §. 1. l. 1. §. 2. D. ead. 8 l. 9. D. de suis & legit. 9 l. pen. C. de legit. hered. 10 Eius sit mentio l. 4. C. de legit. tut. l. ult. C. de leg. hered. 11 Id est, capitis deminutionem vivo parente non passis. 12 l. 1. §. cognationem. D. unde cognati. 13 Scilicet cognatorum. l. 1. §. 3. ff. unde cognat. Ant. 14 l. 4. D. unde cognati. l. 4. §. sciendum. ff. de gradib. & affin. 15 Confanguinitatis jus species adgnationis, nihil aliud est quam fraternitas, distincta autem a cognatione naturali, vide Cujac. 11. observ. 26. & quae scripti ad l. 1. D. de tut. dat. Et in notis ad Accursium ad d. l. 1. 16 Forte quia adgnati, quia familiam conservabant, digniores erant cognatis. Ant. 17 Ut & ad feudum, 2. feud. 50. 18 Qui longissimus dicitur, v. §. 3. in pr. §. de legit. agn. success. multo magis octavo, l. 9. ff. unde cognati. Goth. Sumitur hic numerus certus pro incerto, eo quod admodum rarus sit gradus decimus; hinc communis pragmaticorum error, qui hunc locum strictius & secundum litteram exclusive intelligendo, putarunt filium propter decimi gradus defectum, tanquam in bona vacantia, ad successionem admitti. Qui eo ipso casu succedit, quo (sublata agnationis & cognationis differentia), nemo, vel remotissimus superstit, text. est in l. un. C. unde vir & uxor. junct. §. 3. Instit. de legit. agnat. succ. §. ult. Instit. de servil. cognat. l. 2. §. 1. ff. de suis & legitimis. Junct. Novell. 118. cap. 3. in fin. Vide Arn. Vinn. hic. Quod & mores ubique probant. Vide Eguin. Baron. hic. Choppin. de doman. Franc. lib. 1. tit. 13. num. 7. in fin. Carpov. Jurispr. Forens. part. 3. constit. 18. de fin. 31. Gudelin. de jure Noviss. l. 1. cap. 15. vers. sciendum. Zyp. Not. jur. Belg. rubr. unde liberi. contra Grot. Intrud. Jurispr. Batav. lib. 1. cap. 30. & eum ex putativa juris recepti relatione secutos Vinn. & Gronovog. hic. S. L. 19 Id est, ut cognatus, nemo admittetur decimo gradu, Theoph. hic. 20 Hodie jus cognatorum agnationis juri exequatum est, atque ita cognati eodem gradu succedunt. Novell. 118.

21 L. 38. D. 10. Paul. 4. sent. 11. 22 Id est, utile propter matrimonium, hereditates, tutelae, testamenta, bonorum possessiones. l. 10. in pr. D. h. t. 23 l. 1. D. ead.

INSTITUT.

tae, avunculi, matertera. Et superior quidem & inferior cognatio, a primo gradu incipit: at ea, quae ex transverso numeratur, a secundo. §. 1. Primo gradu est supra, pater, mater: infra filius, filia. §. 2. Secundo [gradu] supra avus, avia: infra nepos, neptis: ex transverso frater, soror. §. 3. Tertio [gradu] supra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis: ex transverso fratris sororisque filius, filia, & convenienter patruus, amita, avunculus & matertera. Patruus est frater patris, qui Graece πατράδελφος appellatur; Avunculus est frater matris, qui Graece μητράδελφος dicitur: & uterque promiscue δείος appellatur. Amita est patris soror, [quae Graece πατράδελφη appellatur] Matertera vero matris soror, [quae Graece μητράδελφη dicitur]: & utraque promiscue δεία appellatur. §. 4. Quarto gradu supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex transverso fratris sororisque nepos, neptisve, & convenienter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater & soror. item avunculus magnus, & matertera magna, id est, aviae frater & soror: confobrinus, confobrina, id est, qui quaeve ex sororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam recte confobrinus eos proprie dici putant, qui ex duobus fororibus progenerantur, quasi consobrinus: eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patruales vocari. Si autem ex duobus fratribus filiae nascuntur, sorores patruales appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amittinos proprie dici [putant]. Amita tuae filii confobrinum te appellant, tu illos amittinos. §. 5. Quinto gradu supra atavus, atavia: infra adnepos, adneptis: ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis, & convenienter, propatruus, proamita, id est, proavi frater & soror. [ & proavunculus & promatertera, id est, proaviae frater & soror]. Item fratris patruelis, vel sororis patruelis, confobrini & confobrinae, amittini & amittinae filius, filia: propius sobrino, propius sobrina. Hi sunt patruus magni, amitae magnae, avunculi magni, matertera magnae filius, filia. §. 6. Sexto gradu supra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex transverso fratris sororisque abnepos, abneptis, & convenienter abpatruus, abamita, id est, abavi frater & soror: abavunculus, abmatertera, id est, abaviae frater & soror. [item propatruus, proamita, proavunculus, promatertera filius, filia. item propius sobrino sobrinave, filius filia]: item sobrini, sobrinae, id est, qui quaeve ex fratribus vel sororibus patruelibus, vel confobrinis, vel amittinis progenerantur. §. 7. Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum posteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata persona gradum adjicit, ut longe facilius sit respondere, quoto quilibet gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare. §. 8. Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur. §. 9. Sed cum magis veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigatur: ideo necessarium duximus post narrationem graduum, eos etiam praesenti libro inscribi, quatenus possint & auribus & oculorum inspectione adolescentibus perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

TIT. VII.

DE SERVILI COGNATIONE.

De servili cognatione. 1. Collatio ordinum & graduum.

Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem Edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutio, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum & undique confusum fuerat), & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutus consortio liberum, vel liberum habuerit, sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere: vel contra serva mulier ex libero, vel servo habuerit liberos cujuscunque sexus: & ad libertatem his pervenientibus, ii, qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberae erant ipsi in servitute eos habuerint, & postea ad libertatem pervenerint: ut hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus jure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes: sive soli inveniantur, qui in servitute nati & postea manumissi sunt: sive una cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt: sive ex eodem patre, sive ex eadem matre, sive ex aliis nuptiis ad similitudinem eorum, qui ex justis nuptiis procreati sunt. §. 1. Repetitis itaque omnibus, quae jam tradidimus, apparet non semper eos, qui parem gradum cognationis obtinent, pariter vocari, eoque

24 Et ita quatuor personae. l. 10. §. primo gradu. 12. D. ead. 25 Hae personae dupliciter intelligendae, ut sint duodecim. d. l. 10. §. secundo gradu. 13. 26 Paul. in d. l. 10. §. tertio gradu. 14. enumerat 32. personas. 27 Et in d. l. 10. Paulus §. quarto gradu. 15. enumerat 80. personas. 28 Idem Paulus in §. quinto gradu. 16. enumerat 184. personas. 29 Idem scilicet tradit, hoc gradu contineri 448. personas in d. l. 10. §. sexto gradu. 30 Idem Paulus notat in septimo gradu contineri 1024. personas, d. l. 10. §. septimo gradu. 31 Quae omnes simul conjunctae efficiunt 1734. personas. Ultra septimum gradum cognatorum nomina non reperiuntur, & vix ultra septimum gradum cognatorum vita subsistit, l. 4. in pr. D. ead. in hoc gradu continetur sobrino & sobrina natus. l. 1. §. 3. D. unde cognat. 32 Si quidem gradus nihil aliud est, quam generatio, ut quavis quaeque proposita, quot inter utramque personam generationes extiterint, totidem gradus sint constituendi. 33 Horat. in arte: Segnius irritant animos demissa per aures, Quam qua sunt oculis subiecta fidelibus, Et qua ipse sibi tradit spectator. & apud Herodotum 1. & Lucianum libello de saltatione: Aures hominibus persuadent minus quam oculi: sic Plautus Truculentus, Pluris est oculatus testis unus, quam auribus decem. & Horatius, Certior aures est oculus. Inde a quibusdam receptum, ut testi de auditu non credatur. Demosthen. Orat. πρὸς Ἰσοκράτην. Est & alioqui acutissimus sensus, & qui ad stellas usque protenditur, cum nullus sensus id, quod mille passibus distet, sentire possit. Varro 2. de lingua. Huc addendum, oculis portam corneam (ut qui duriores sint in sensibus & frigori non obnoxii) ori eburneam a poetis attribui: ut indicantur, vera nos oculis haurire; falsa loqui posse. Servius 6. Aeneid. Cicero de Natura. 33 Imo minus in disciplinis: plus enim ibi in auribus, quam oculis scire est. Laetant. 3. Instit. 34 ἑὸς καὶ ἀὐτῆν, inquit Arist. Lib. πρὸς ἀριστοτέλους ἀκρόν διὰ κατὰ συνῆθειαν. visus per se est, auditus per accidens. 35 De qua vide §. 3. §. de legit. agnat. succ. 36 Servilis tamen cognatio impedimento nuptiis esse dicitur, §. 10. §. de nupt. adde l. 1. §. 2. ff. unde cognati. l. ult. §. non parvum. §. ff. de gradib. 37 Quae non extat: extant tamen fragmenta in l. 4. C. de bon. libert. 38 Et ita recipienti cognationem: abrogata l. 7. ff. unde cognati. l. 6. C. de suis, & legit. hered. 39 Sive ex aliis, qualicunque copulatione, nati sunt ad similitudinem, &c. Cujac. Hotom. 40 Jure civili servi non dicuntur contrahere matrimonium, sed contrubernium. l. 2. C. de inoffic. & inutit. jure Pontificio locus, c. 1. extr. de conjug. servor.

amplius, ne eum quidem qui proximior sit cognatus, semper potiorum esse. Cum enim prima causa sit suorum heredum, & eorum, quos inter suos heredes enumeravimus: apparet pronepotem vel abnepotem defuncti potiorum esse, quam fratrem aut patrem matremque defuncti: cum alioqui pater quidem & mater (ut supra quoque tradidimus) primum gradum cognationis obtineant, frater vero secundum, pronepos autem tertio gradu sit cognationis, & abnepos quarto. Nec interest, in potestate morientis fuerit, an non, quod vel emancipatus, vel ex emancipato, aut ex famineo sexu propagatus est. Amotis quoque suis heredibus, & quos inter suos heredes vocari diximus: adgnatus, qui integrum jus habet adgnationis, etiam si longissimo gradu sit, plerumque potior habetur, quam proximior cognatus. Nam patris nepos vel pronepos avunculo vel materteræ præferitur. Totiens igitur dicimus aut potiorum haberi eum, qui proximiorum gradum cognationis obtinet, aut pariter vocari eos, qui cognati sunt: quotiens neque suorum heredum, quique inter suos heredes sunt, neque adgnationis [jure], aliquis præferri debeat, secundum ea quæ tradidimus: exceptis fratre & sorore, emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur: qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur cæteris ulterioris gradus adgnatis.

## TIT. VIII.

## DE SUCCESSIONE LIBERTORUM 1.

Qui succedunt ex XII. Tab. 1. Jure Prætorio. 2. Ex lege Papia. 3. Ex constitutione Justiniani. 4. Quibus libertinis succeditur.

Nunc de libertorum bonis videamus. Olim 2 itaque licebat libertum patronum suum impune testamento præterire: nam ita demum Lex XII. Tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum 3, si intestatus mortuus esset libertus, herede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset; patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela: si vero adoptivus filius fuisset, aperte iniquum erat, nihil juris patrono superesse. §. 1. Qua de causa postea Prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata est: si enim faciebat testamentum libertus, jubebatur ita testari, ut patrono partem 4 dimidiam bonorum suorum relinqueret; & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiæ bonorum possessio: si vero intestatus moriebatur, suo herede relicto filio adoptivo, dabatur æque patrono contra hunc suum heredem, partis dimidiæ bonorum possessio. † Prodesse autem libertis solebant ad excludendum patronum 5 naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat, sed etiam emancipati, & in adoptionem dati: si modo ex aliqua parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas bonorum possessionem ex edicto [Prætorio] petierant: nam exhereditati nullo modo repellentur patronum. §. 2. Postea [vero] lege 6 Papia adacta sunt jura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim, ut ex bonis ejus qui tertium centum millium patrimonium 7 reliquerat, & pauciores, quam tres liberos habebat, sive is testamento factio, sive intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaque cum unum [quidem] filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si sine ullo filio filiave intestatus 8 decessisset: cum [vero] duos duafve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono: si tres reliquerat, repellentur patronus.

§. 3. Sed nostra 9 constitutio, quam pro omni natione Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita hujusmodi causam definiuit, ut siquidem libertus vel liberta minores centenariis 10 sint, id est, minus 11 centum aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro 12 mille tertertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto: tunc patronus jus (quod erat ex lege XII. Tabularum) integrum reservavit. Cum vero majores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum sive plures cujuscunque sexus vel gradus: ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, siquidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasque vocavimus: si vero testamentum quidem fecerint, patronos autem aut patronas præterierint, (cum nullos liberos haberent, vel habentes, eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta), tunc & nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas non dimidiam (ut antea) sed tertiam partem bonorum liberti consequantur; vel quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus, vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, ut nec liberis libertisve ex ea parte legata vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet: multis aliis casibus a nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perspeximus, ut tam patroni patronasque, quam liberi eorum, necnon qui ex transverso latere veniunt, usque ad quintum gradum ad successionem libertorum libertarumve vocentur,

sicut ex ea constitutione intelligendum est: & si ejusdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint, qui proximior est, ad liberti vel libertæ vocetur successione, & in capita 13 non in stirpes dividatur successio: eodem modo & in iis, qui ex transverso latere veniunt, fervendo. Pene enim consonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in successione 14 fecimus. §. 4. Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt: cum nec sint alii liberti, simul & Dedititii 15 & Latinis sublati; cum Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant, quia licet ut liberi vitam suam peragebant 16, attamen ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, & quasi fervorum, ita bona eorum jure quodammodo peculii ex lege 17 Junia [Norvana] manumissores detinebant. Postea vero SC. Largiano 18 cautum fuerat, ut liberti manumissoris non nominatim exhereditati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur. Quibus etiam supervenit divi 19 Trajani Edictum, quod eundem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem Romanam venire ex beneficio Principis festinarat, faciebat quidem vivum civem Romanum, Latinum vero morientem. Sed nostra constitutione propter hujusmodi conditionum vices, & alias difficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Juniam, & SC. Largianum 20, & Edictum divi Trajani in perpetuum deleri censuimus: ut omnes liberti civitate Romana fruantur: & mirabili modo quibusdam adjectionibus 21 ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, ad civitatem Romanam capiendam transposuimus.

## TIT. IX.

## DE ADSIGNATIONE 22 LIBERTORUM.

IN summa (quod ad bona libertorum [attinet]) admonendi sumus, censuisse Senatam 23, ut quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejusdem gradus sunt 24, æqualiter bona libertorum pertineant: tamen licere parenti, uni ex liberis adsignare 25 libertum, ut post mortem ejus solus 26 is patronus habeatur, cui adsignatus est; & cæteri liberi, qui ipsi quoque ad eadem bona nulla adsignatione interveniente pariter admitterentur, nihil juris in his bonis habeant, sed ita demum primum jus recipiant, si is cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relicto. §. 1. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, & non tantum filio, nepotivæ, sed etiam filia neptivæ adsignare permittitur. §. 2. Datur autem hæc adsignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habeat, ut eis quos in potestate habet, adsignare libertum libertamve liceat. Unde quærebatur, si eum cui adsignavit, postea emancipaverit: num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere 27, quod & Juliano & aliis plerisque visum est. §. 3. Nec 28 interest, [an] testamento quis adignet, an sine testamento: sed etiam quibuscunque verbis patronis hoc permittitur facere, ex SC. quod Claudianis temporibus factum est, Sabellio 29 Rufo & Asterio Scapula consulibus.

## TIT. X.

## DE BONORUM 30 POSSESSIONIBUS 31.

Ratio & effectus. 1. De speciebus ordinariis. Jus vetus. 2. Jus novum. 3. Speciebus extraordinariis. 4. De petenda bonorum possessione. De tempore. 5. De jure accrescendi & successorio edicto. 6. Explicatio dicti temporis. 7. Quomodo peti debet.

Jus bonorum possessionis introductum est a Prætoribus emendandi veteris juris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus sed in eorum quoque qui testamento factio decesserint. Nam si alienus posthumus heres fuerit institutus: quamvis hereditatem jure civili adire non poterat, cum institutio non valebat: honorario tamen jure bonorum possessor efficiebatur, videlicet cum a Prætoribus adjuvabatur. Sed & is a nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi & jure civili non incognitus. Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis confirmandi gratia [Prætor] pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui recte testamento factio heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos heredes, & adgnatos ad bonorum possessionem vocat. Sed & remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas jure civili. † Quos autem solus vocat Prætor ad hereditatem, heredes quidem ipso jure non fiunt 32; nam Prætor heredem facere non potest 33, per legem enim tantum, vel similem juris constitutionem heredes fiunt, veluti per SC. & Constitutiones principales: sed cum eis Prætor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores. Adhuc autem & alios complures gradus Prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis 34 finibus constitutum per Legem XII. Tabularum jus percipiendarum hereditatum, Prætor ex bono & æquo 35 dilatavit. §. 1. Sunt autem 36 bonorum possessiones ex testamento quidem hæc. Prima, quæ præteritis liberis datur, vocaturque contra tabulas. Secunda, quam omnibus jure scriptis heredibus Prætor pollicetur, ideoque vocatur secundum tabulas. Et cum de testatis 37 prius

1 Id est, ut patroni succedant libertis. Huc refer L. 38. D. 2. Lib. 6. Cod. 4. Ulp. 27. 29. 2 Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet, deinde ad eos quorum liberti sunt, veluti patronum, patronam, liberisve patroni. Ulp. 27. §. 1. 3 v. l. 17. ff. de bonis liberti. 4 l. 1. in fin. D. de bonis liberti. 5 l. 3. in princ. ff. de suis. 6 De qua Ulp. 29. §. 5. 6. l. 1. §. pen. D. si cui plus quam per legem falc. 7 Sic pauperiores dicuntur qui minus 50 aureorum in bonis habent l. 10. de accus. Anf. 8 Testatus decessisset. Cujac. hic. §. 3. obs. 13. Contius. (cui Græca Theophrasti paraphrasis consentit ibi ἐπὶ διαθήκῃ) reprehensus a Roberto 2. recept. lect. 24. 9 Quæ non extat, vide tamen ejus fragmentum in l. 4. C. de bonis libertorum. Cuj. 20. obs. 34. 10 l. 16. D. de jur. patr. l. 26. D. de bon. liberti. 11 Minus mille aureis. Hotom. 12 Pro centum tertertiis. Hotom. movetur Hotomanus, quod Suetonius in Orhone, unus aurei mentionem faciat, & eundem aureum Tacitus (idem commemorans) centenis tertertiis exæquet. Contius vero hic notat recte solidum æstimari mille tertertiis, quia in l. 49. soluti matrimonio. decem solidi paulo post vocantur decem millia: tutus sit, pauperes vocantur, qui minus quam 50 habeant. l. 10. de accus. non igitur male locupletiores liberti hic dicuntur, qui centum millium tertertium, id est, centum aureos patrimonium reliquerint. Erat autem hæc summa poena popularis actionis. l. 25. in fin. ad SC. Silan. & ambitus, l. un. §. 1. Et ult. ff. ad l. Julianam de ambitu. Cæterum de aurei æstimatione vide Cujac. 19. obs. 31. 13 Libertorum hereditas in capita non in stirpes dividitur: & ideo si unius patroni duo sint liberi, alterius quatuor, singuli viriles, id est, æquales portiones habebunt. Paul. 3. sent. 2. §. 3. dixi ad Th. hoc loco. Ulp. 27. §. 4. 14 Et aliis, puta matrimoniis. Nov. 78. c. 3. 15 C. de latina & dedititia libertate. 16 v. ad hunc locum Timotheum 3. ad Ecclesiam. 17 v. §. tit. de libert. §. 3.

18 Nov. 78. 19 l. un. C. de latina libertate. 20 d. Nov. 78. 21 Id est, modis, Accursius: Alciatus vero hanc vocem ad familiarum adjectiones refert: sed Cujacius ad modos manumittendi per Epistolam, & inter amicos, quibus olim tantum latini, hodie cives sunt manumissi, 18. obs. 21. qua de re dicemus plenius ad l. un. C. de latina libertate.

22 Lib. 38. D. 4. 23 De quo l. 1. ff. h. t. 24 §. 3. in fin. §. tit. prox. 25 l. 107. ff. de verb. sign. 26 l. 30. §. ult. ff. qui & a quibus. 27 Imo non evanescit, sed tenet l. 9. ff. h. t. 28 l. 1. §. 3. l. 7. l. 13. ff. h. t. 29 Vellejo Rufo & Hosterio Scapula Consulibus.

30 L. 37. D. 1. Ulp. 28. Bonorum possessio hic non significat nudam rei possessionem a dominio abstractam: sed ipsum quasi rerum dominium, quod successione Prætoris per universitatem adicitur, ex quo oritur bonorum possessoria hereditatis petitio, quæ datur ei cui jure Prætorio patrimonium defuncti defertur. l. 1. l. 2. ff. de possessor. heredit. petit. 31 An hodie bonorum possessiones adrogatæ aut non necessariæ sint, v. §. ult. §. cod. 32 Ad intellect. hujus §. vid. Bellon. supput. lib. 1. cap. 10. Anf. 33 Hinc etiam in dominio pignoris addicendo, autoritate principis opus est. l. 24. ff. de pignor. act. l. debitor. ff. ad Senat. Trebell. Et in acquirendo ejus rei dominio quam prætor possidere jussit, ulucipatione opus est, l. prætoris. l. his qui. l. ff. finita. §. Julianus. §. si de vestigal. D. de damn. infect. Anf. 34 Excluduntur enim emancipatos natos, & filias, & matres. Hotom. 35 l. 6. §. 1. ff. h. t. Lex 12. Tab. gentis & familiaris: Prætor sanguinis & naturæ rationem habuit. Hot. 36 Vide Vigl. de inoffic. testam. §. quis plerumque. num. 5. Anf. 37 Al. habent, de testamentis. h. t.

loquutus est, ad intestatos transitum fecit. Et primo loco suis heredibus, & iis, qui ex edicto Prætoris inter suos heredes connumerantur, dat bonorum possessionem, quæ vocatur unde liberi. Secundo legitimis heredibus. Tertio, decem personis, quas extraneo manumissori præferebat. Sunt autem decem personæ hæc: Pater, mater, avus, avia tam paterni, quam materni; item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia: frater, sororve, consanguinei vel uterini. Quarto, cognatis proximis. Quinto, tanquam ex familia. Sexto, patrono patronæque liberisque eorum & parentibus. Septimo, viro & uxori. Octavo, cognatis manumissoris. §. 2. Sed eas quidem Prætoriam introduxit iurisdictionem: a nobis tamen nihil incuriosum prætermisum est, sed nostris constitutionibus omnia corrigentes, contra tabulas quidem & secundum tabulas bonorum possessiones admittimus, utpote necessarias constitutas: necnon ab intestato unde liberi & unde legitimi bonorum possessiones. Quæ autem in Prætoris edicto quinto loco posita fuerat, id est, unde decem personæ: eam pio proposito, & compendio sermone supervacuam ostendimus. Cum enim præfata bonorum possessio decem personas præponebat extraneo manumissori: nostra constitutio, quam de emancipatione liberorum fecimus, omnibus parentibus, eisdemque manumissoris contracta fiducia manumissionem facere dedit: ut ipsa manumissio eorum hoc in se habeat privilegium, & supervacua fiat prædicta bonorum possessio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum possessio, in gradum ejus sextam antea bonorum possessionem induximus: & quintam fecimus, quam Prætor proximis cognatis pollicetur. Cumque antea fuerat septimo loco bonorum possessio, tanquam ex familia, & octavo, unde patroni patronæque & liberi ac parentes eorum: utramque per constitutionem nostram, quam de jure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad similitudinem successionis ingenuorum, libertinorum successiones posuimus, quas usque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus (ut sit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia), sufficit eis tam contra tabulas bonorum possessio, quam unde legitimi, & unde cognati; ex quibus possunt sua jura vindicare, omni scrupulositate, & inextricabili errore istarum duarum bonorum possessionum resoluta. Aliam vero bonorum possessionem, quæ unde vir & uxor appellatur, & nono loco inter veteres bonorum possessiones posita fuerat, & in suo vigore servavimus & altiore loco, id est, sexto eam posuimus: decima quoque bonorum possessio, quæ erat, unde cognati manumissoris, propter causas enumeratas merito sublata: ut sex tantummodo bonorum possessiones ordinariæ permaneant, suo vigore pollentes.

§. 3. Septima eas secuta, quam optima ratione Prætores introduxerunt. Novissime enim promittitur Edicto iis etiam bonorum possessio, quibus ut datur Lege, vel SC. vel Constitutione comprehensum est: quam neque bonorum possessionibus, quæ ab intestato veniunt, neque iis, quæ ex testamento sunt, Prætor stabili jure contulerat: sed quasi ultimum & extraordinarium auxilium (prout res exegit) accommodavit, scilicet iis qui ex legibus, SC. Constitutionibusve Principum, ex novo jure, (vel ex testamento, vel ab intestato) veniunt. §. 4. Cum igitur plures species successionum Prætor introduxisset, easque per ordinem disposuisset: & in unaquaque specie successionis sæpe plures extent dispari gradu personæ: ne actiones creditorum differerent, sed haberent, quos convenirent, & ne facile in possessionem bonorum defuncti mitterentur, & eo modo sibi confulerent: ideo petendæ bonorum possessioni certum tempus præfixit. Liberis itaque & parentibus, tam naturalibus, quam adoptivis in petenda bonorum possessione anni spatium, cæteris [autem adgnatis, vel cognatis,] centum dierum dedit. §. 5. Et si intra hoc tempus aliquis bonorum possessionem non petierit: ejusdem gradus personis adcrevit: vel si nullus sit, deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto pollicetur, ac si is, qui præcedebat, ex eo numero non esset. Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit, non quo usque tempus bonorum possessioni præfixitum exceperit, expectatur: sed statim cæteri ex eodem edicto admittuntur. §. 6. In petenda autem bonorum possessione dies utiles singuli considerantur. §. 7. Sed bene anteriores Principes & huic causæ providerunt, ne quis pro petenda bonorum possessione curet: sed quocumque modo admittentis eam iudicium (intra statuta tamen tempora) ostenderit: plenum habeat earum beneficium.

TIT. XI.

DE ADQUISITIONE PER ADROGATIONEM.

EST & alterius generis per universitatem successio, quæ neque lege XII. Tabularum neque Prætoris edicto, sed eo jure, quod consensu receptum est, introducta est. §. 1. Ecce enim cum paterfamilias sese in adrogationem dat, omnes res ejus corporales & incorporales, quæque ei debite sunt, adrogatori antea quidem pleno jure acquirebantur: exceptis iis, quæ per capitis deminutionem pereunt, quales sunt operarum obligationes, & jus adgnationis: usus etenim & usufructus licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit nostra constitutio. §. 2. Nunc autem nos eandem acquisitionem, quæ per adrogationem fiebat, coarctavimus ad simi-

litudinem naturalium parentum: nihil enim aliud, nisi tantummodo usufructus tam naturalibus parentibus, quam adoptivis per filios familiarum acquiruntur in iis rebus, quæ extrinsecus filiis obveniunt, dominio eis integro servato. Mortuo autem filio adrogato in adoptiva familia, etiam dominium [rerum] ejus ad adrogatorem pertransit: nisi supersint aliæ personæ, quæ ex constitutione nostra patrem, in iis quæ acquiri non possunt, antecedant. §. 3. Sed ex diverso, pro eo quod is debuit, qui se in adoptionem dedit, ipso quidem jure adrogator non tenetur, sed nomine filii convenitur: & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus, bona, quæ ejus cum usufructu futura fuissent, si se alieno juri non subjecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

TIT. XII.

DE EO CUI LIBERTATIS CAUSA BONA ADDICUNTUR.

Continuatio. Summa. 1. Rescriptum divi Marci. 2. Ejusdem utilitas. 3. In quibus casibus locum habeat. De libertate in testamento vel in codicillis relicta. 4. Si certum sit, vel incertum, an successor existet. 5. De integritate restitutione. 6. Si libertates data non sunt. 7. De speciebus additis a Justiniano.

ACCESIT novus casus successionis ex Constitutione divi Marci. Nam si ii, qui libertatem acceperunt a domino in testamento, ex quo non aditur hereditas, vel bona sibi addici libertatum conservandarum causa: audiuntur. §. 1. Et ita divi Marci rescripto ad Pompilium Rufum continetur. Verba rescripti ita se habent: Si Verginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona [ejus] esse coeperunt, ut venire debeant: is cujus de ea re notio est, aditus rationem desiderii tui habeat, ut libertatum tam earum, quæ directæ, quam earum, quæ per speciem fideicommissi, relicte sunt, tuendarum gratia addicantur tibi: si idonee creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. Et si quidem, quibus directæ libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset. Ii autem, quos heres manumittere rogatus est, a te libertatem consequentur: ita autem ut si non alia conditione velis tibi bona addici, quam ut [ii] etiam, qui directæ libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, si ii, quorum de statu agitur, consentiant, auctoritatem nostram accommodamus. Et ne hujus rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat: si fideicommissum bona agnoscere voluerit: & ii, qui rebus nostris attendunt, sciant, commodo pecuniario præferendam esse libertatis causam: & ita bona cogenda, ut libertas iis salva sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento adita esset.

§. 2. Hoc rescripto subventum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum a creditoribus possideantur & veneant. Certe si fuerint hac de causa bona addita: cessat bonorum venditio: existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus, qui de solido creditoribus cavet.

§. 3. In primis hoc rescriptum totiens locum habet, quotiens testamento libertates datae sunt. Quid ergo si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hereditas? [an] favor constitutionis debebit locum habere? Certe si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, nemini dubium est.

§. 4. Tunc [enim] constitutioni locum esse verba ostendunt, cum nemo successor ab intestato existat. Ergo quamdiu certum erit, utrum existat, an non: cessabit constitutio. Si vero certum esse coeperit, neminem existere; tunc erit constitutioni locus. §. 5. Si is, qui in integrum restitui potest, abstinerit hereditate: an quamvis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio, & bonorum additio fieri? Quid ergo si post additionem libertatum conservandarum causa factam, in integrum sit restitutus? Utique non erit dicendum revocari libertates: quia semel competierunt. §. 6. Hæc constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datae: cessat [hæc] constitutio. Quid ergo si vivus dederit libertates, vel mortis causa: & ne de hoc queratur, utrum in fraudem creditorum, an non, factum sit, idcirco velint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est, ut audiri debeant, etsi deficient verba constitutionis. §. 7. Sed cum multas divisiones ejusmodi constitutioni deesse perspeximus: lata est a nobis plenissima constitutio, in qua multæ species collatae sunt, quibus jus hujusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.

TIT. XIII.

DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, QUÆ FIEBANT PER BONORUM VENDITIONES, ET EX SENATUSCONSULTO CLAUDIANO.

ERANT ante prædictam successionem olim & aliæ per universitatem successiones, qualis fuerat bonorum emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando judicia ordinaria in usu fuerant. Sed cum

22 Hereditas enim jure civili: Bonorum possessio prætorio: per adrogationem vero successio moribus & consuetudine acquiruntur. 23 v. l. 6. 15. C. de testam. manum. l. 2. in fin. ff. de fideic. libert. 24 l. 2. ff. de fideicom. libert. l. ult. C. de test. manum. 25 Fideiussore vel pignore, vel si ei fides habita, l. 4. §. addit. ff. de fideic. libertat. 26 l. 4. §. 12. ff. de fideic. libert. 27 l. 4. §. eadem. 17. ff. de fideic. libert. 28 Hinc fit, ut servos in successione fisco prælatos videamus. Nov. 1. c. 1. 29 Id enim turpe. §. 1. §. quib. ex caus. man. 30 l. 4. §. de solido. 11. ff. de fideic. libert. 31 l. 2. ff. de fideic. libert. 32 l. 4. in princ. ff. de fideic. libert. 33 l. 4. §. 1. ff. de fideic. libert. 34 d. l. 4. §. 2. 35 Libertas semel data, non revocatur. l. 1. C. si adversus libertatem. 36 Causa finali cessante, dispositio cessat. c. cum cessante. de appell. vid. Tiraquellum, tractatu, Cessante causa cessat effectus. 37 l. ult. C. de test. manum.

38 Duabus nimirum. 39 Subaudi, debitoris: & quidem per creditores. vid. his Theoph. 40 7. C. 24. 41 Quo libera mulier se servo conjungens libertatem & substantiam amittat. 42 De qua §. tit. prox. 43 Infamis, qui & in locum sectionis creditorum in partes, Lege 12. Tab. introductæ, successerat. Tertull. in Apolog. c. 4. de qua l. 60. de pact. l. 9. §. 5. de jure. l. 29. ut rebus aut. jud. Interca quidam hic notant, emptorem sumi pro venditione: atque ideo unum vocabulum pro altero sumi. l. 19. ff. de act. empt. quod tamen fallit. l. 2. C. de locat. 44 An quia creditor proponens actionem, & in syllaba errans, causa cadebat? 45 Utilitas ante Constantinum, l. 1. C. de formul. subl.

I Observandum ex his quæ sequuntur, lege Justiniani tantum has septem bonorum possessiones hoc ordine ex undecim Prætoris receptas: nempe contra tabulas, secundum tabulas, unde liberi, unde legitimi, unde vir & uxor, & ex legibus ex jure prætorio: sublatis quinta, unde decem personæ; septima, tanquam ex familia; octava, unde patroni, &c. decima, unde cognati manumissoris. 2 l. ult. C. de emancip. liberorum. 3 §. 3. in fin. ff. de success. libert. 4 Vide Bellon. lib. 1. supputat. 15. Anf. 5 l. 3. in fin. ff. de pet. hered. l. un. in pr. ff. ut ex legib. 6 v. l. 1. in pr. ff. de success. edicto. 7 v. l. 69. in fin. ff. de adq. vel omitt. hered. 8 l. 1. §. largius. ff. de successoria. 9 l. un. C. Quando non pet. part. pet. accrefo. Ant. 10. Id enim potest, l. 13. ff. de adq. vel omitt. hereditate. 11 v. l. 13. in pr. ff. de adq. vel omitt. hered. 12 l. 2. ff. quis ordo in bonor. possess. 13 Vide Bellon. lib. 3. supput. exp. fin. Anf. 14 l. ult. C. qui admitti ad bon. possess. 15 Hodie nemo adtingitur ad petendam bonorum possessionem ab ipso prætorie ex præcis formulis (sic enim restringenda est l. ult. §. 3. vers. nos itaque. C. de curat. furios. quæ paulo generalius tradit sublatis a Constantino bonorum possessiones, l. 17. C. de jure delib.) cogi tamen quique videtur, suam amplectendæ hereditatis voluntatem apud aliquem iudicem contestari. l. ult. C. qui admitti, ut sit, unde vir & uxor hic a Justiniano probatur. §. 2. v. Cujac. 17. obs. 19. 16 Iudicium, Cujac. & Cont. 17 §. ult. §. per quas personas cuique acquiruntur. l. 22. §. ult. ff. de officio testam. 18 Id est, quod primum sine scripto, dein longius per usum productum, postremo a prudentibus confirmatum. Theoph. 19 l. 16. C. de usuf. 20 v. l. 6. §. 1. C. de bonis, quæ liber. 21 l. 42. ff. de peculio.

extraordinariis <sup>1</sup> iudiciis posteritas usa est: ideo cum ipsis ordinariis iudiciis etiam bonorum venditiones expiraverunt, & tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona possidere <sup>2</sup>, & prout utile eis visum est ea disponere, quod ex laetioribus Digestorum libris <sup>3</sup> perfectius apparebit.

§. 1. Erat & ex Senatusconsulto Claudiano miserabilis per universitatem adquisitio <sup>4</sup>: cum libera mulier servili amore bacchata <sup>5</sup>, ipsam libertatem per Senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiam: quod indignum nostris <sup>6</sup> temporibus esse existimantes, & a nostra civitate deleri, & non inferi nostris Digestis concessimus.

TIT. XIV.

DE OBLIGATIONIBUS 7.

Nunc <sup>8</sup> transeamus ad obligationes <sup>9</sup>. Obligatio <sup>10</sup> est juris vinculum <sup>11</sup>, quo necessitate <sup>12</sup> adstringimur alicujus rei <sup>13</sup> solvendæ, secundum <sup>14</sup> nostræ civitatis jura. §. 1. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur: namque aut Civiles sunt, aut Prætorie. Civiles <sup>15</sup> sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobatae sunt. Prætorie sunt, quas Prætor ex sua jurisdictione <sup>16</sup> constituit, quæ etiam honorariæ vocantur. §. 2. Sequens divisio in quatuor species dividitur. Aut enim ex <sup>17</sup> contractu sunt, aut quasi <sup>18</sup> ex contractu: aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Prius est, ut de iis, quæ ex contractu sunt, dispiciamus. Harum æque quatuor sunt species. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu <sup>19</sup>. De quibus singulis dispiciamus.

TIT. XV.

QUIBUS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.

De mutuo. 1. De indebito soluto. 2. De commodato. 3. De deposito. 4. De pignore.

RE contrahitur obligatio <sup>20</sup>, [veluti] mutui datione. Mutui autem datio in iis rebus consistit, quæ pondere, numero, mensura constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant. Et quoniam nobis non eadem res, sed aliæ ejusdem naturæ & qualitatis redduntur <sup>21</sup>, inde etiam mutuum appellatum est, quia ita a me tibi datur, ut ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur condictio. §. 1. Is quoque <sup>22</sup> qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem solvit, re <sup>23</sup> obligatur: daturque agenti contra eum propter repetitionem condicticia actio. Nam perinde ei condici potest <sup>24</sup>, si apparet eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Unde pupillus, si <sup>25</sup> ei sine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti conductione: non magis, quam mutui <sup>26</sup> datione. Sed <sup>27</sup> hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cum is, qui solvendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere <sup>28</sup>, quam contrahere. §. 2. Item is, cui res aliqua utenda datur, id est, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione <sup>29</sup>. † Sed is ab eo, qui mutuum accepit, longe distat: namque non <sup>30</sup> ita res datur, ut ejus fiat: & ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet <sup>31</sup> fortuito casu amiserit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hostiumve incurfu, nihilominus obligatus remanet. At is, qui utendum accepit, sane quidem exactam <sup>32</sup> diligentiam custodiendæ rei præstare jubetur: nec sufficit ei tantam diligentiam adhibuisse, quantum suis rebus adhibere solitus est, si modo alius diligentior poterat eam rem custodire. Sed propter majorem vim majoreve casus non tenetur, si <sup>33</sup> modo non ipsius culpa is casus intervenit: alioqui si id, quod tibi commodatum est domi, peregre <sup>34</sup> tecum ferre malueris, & vel incurfu hostium prædonumve, vel naufragio amiseris: du-

bium non est, quin de restituenda ea re tenearis. † Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta, [res] tibi utenda data est: alioqui mercede interveniente, locatus tibi usus rei videtur. † Gratuitum enim debet esse commodatum. §. 3. Præterea & is, apud quem res aliqua <sup>35</sup> deponitur, re obligatur, (teneturque actione <sup>36</sup> depositi:) quia & ipse de ea re, quam accepit, restituenda tenetur actione pignoratitia <sup>40</sup>. Sed quia pignus utriusque <sup>41</sup> gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto sit creditum: placuit sufficere, si ad eam rem custodiendam exactam diligentiam adhibeat: quam si præstiterit, & aliquo <sup>42</sup> fortuito casu rem amiserit: securum esse, nec impediri creditum petere <sup>43</sup>.

TIT. XVI.

DE VERBORUM 44 OBLIGATIONIBUS.

Summa. 1. De verbis stipulationum. 2. De puritate. 3. De die. 4. De conditione. 5. De loco. 6. De conditione ad tempus præsens vel præteritum relata. 7. Quæ in stipulationem deducuntur.

VERBIS <sup>45</sup> obligatio contrahitur <sup>46</sup> ex interrogatione & response, cum quid dari fieri nobis stipulamur, ex qua duæ proficiuntur actiones, tam condictio (certi <sup>47</sup>) si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu <sup>48</sup>, si incerta sit: quæ hoc nomine induitur, quod stipulum apud veteres <sup>49</sup> firmum appellabatur, forte <sup>50</sup> a stipite descendens. §. 1. In hac re olim talia verba tradita fuerunt, *Spondeo? spondeo. Promittis? promitto. [Fide promittis? fide promitto.] Fidejubes? fidejubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam.* Utrum autem Latina, an Græca <sup>51</sup>, vel qualibet alia lingua <sup>52</sup> stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si uterque stipulantium intellectum ejus linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua utrumque uti: sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Quinctiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia verba olim quidem in usu fuerunt: postea autem Leoniana <sup>53</sup> constitutio lata est, quæ solennitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, quibuscunque <sup>54</sup> tandem verbis expressum est. §. 2. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit. Pure, veluti, *quinque aureos dare spondeo?* Idque <sup>55</sup> confestim peti potest. In diem: cum adjecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit: veluti, *decem aureos prius Kalendis Martiis dare spondeo?* Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur <sup>56</sup>: sed peti prius quam dies venerit, non potest. At <sup>57</sup> ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet. Neque enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, prius quam is præterierit. §. 3. At si ita stipuleris, *decem aureos annuos, quoad vivam, dare spondeo?* & pure facta obligatio intelligitur, & perpetuatur: quia ad tempus non potest deberi: sed <sup>59</sup> heres petendo, pacti exceptione summovebitur.

§. 4. Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur <sup>60</sup> obligatio: ut si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti, *Si Titius consul fuerit <sup>61</sup> factus, quinque aureos dare spondeo?* Si quis ita stipuletur, *Si <sup>62</sup> in Capitolium non <sup>63</sup> ascendero, dare*

1. V. quæ scripsi ad l. ult. §. 3. ff. quod metus causa. Alii notant, ordinarium iudicium dici dupliciter, respectu materiae, in iudice: & formæ, in iudicis requisita. 2. Olim universi l. 1. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. hodie pro mensura debiti. Nov. 53. c. 4. in fin. 3. Lib. 42. d. tit. 4. quib. ex caus. in poss. ff. tit. 5. de reb. auct. judicis poss. ff. lib. 7. c. 72. 4. De qua vid. l. un. c. de Sc. Claud. l. p. tit. 11. §. 11. Tacit. 12. annal. 5. Huc referri potest, quod alibi dicitur, furor amoris nihil esse vehementius, Novella, quibus modis naturæ. 89. 6. Hodie igitur libera mulier potest nubere impune homini servo, l. ult. c. de agric. ita ut hujusmodi nuptiis libertatem non amittat, sed ejus conditionem plane liberi sequantur.

7. L. 44. D. 7. L. 4. C. 10. 8. De personis & rebus dixit. Dicitur consequenter de actionibus præmittit tractatum de obligationibus. Est enim obligatio actionis mater. l. 42. §. 2. ff. de procuratorib. Hic Hotomannus initium facit lib. 3. Instit. qui jure reprehenditur a Cont. l. 1. Subscrip. lect. r. 1. Anf. 9. Ex quibus personalis: ut ex dominio realis actio nascitur. 10. Naturalis & Civilis simul, seu mixta, ex qua actio jusque exigendi oritur. Quippe Naturalis tantum obligatio (cujus causa est vel contractus, vel delictum factum, vel consensus) destituta civili approbatione, exceptionem quidem habet, sed actionem (veluti inter patrem & filium in potestate, dominum & servum, creditorem & pupillum mutuum sine tutoris auctoritate accipientem) non parit: l. 7. §. 4. l. 27. §. 2. ff. de patris. Habet & alios effectus: impedit enim solum repetitionem. l. 16. §. 4. ff. de fidejuss. Accedere ei potest pignus & fidejussor qui naturaliter & civiliter obligatur. ff. de fidejuss. in pr. compensationem admittit. l. 6. ff. de compensat. Civilis tantum, actionem quidem parit, sed vim exigendi non habet: quia civiliter tantum obligatus, tutus est exceptione, puta, vel nudi pacti, vel metus illati, vel pecunie sibi non numeratae l. in contractib. 14. C. de non numerata pecunia. Potest ei pignus & fidejussor accedere. l. 16. §. 3. ff. de fidejuss. Neutra vero obligatio nascitur, quando lex nominatim factum improbat: veluti contrarium inter tutorem & pupillum, donationem inter conjuges, & similia. 11. Unde adstringere dicitur. l. 99. ff. de verb. oblig. 12. v. l. 108. ff. de verb. sign. ut hinc colligas, hic non definiri obligationem, quæ exceptione eliditur. l. 17. ff. de reg. jur. l. 42. in fin. ff. de oblig. 13. Vel facti. l. 1. ff. de reb. cred. l. 3. in princ. ff. de oblig. 14. An hæc verba referenda ad verbum obligatio, ut hic de obligatione civili agatur: an ad verbum vinculum: an potius ad verbum solvendum, vid. quæ scripsi ad l. 2. ff. de reb. cred. l. 3. §. 1. ff. commodati. 15. Civiles obligationes vim habent, sive quia usu receptæ, sive quia jure quodam civili comprobatae. 16. Per jurisdictionem intellige totum prætoris officium, cuius pars est edictum, alias enim ex jurisdictione prætoris non nascitur obligatio. l. 27. ff. de Oblig. & Act. Jurisdiclio autem est edicti executio. Anf. 17. Contractus est facti. l. consil. 7. §. ult. ff. de curat. furios. ex eo obligatio quæ juris. l. 2. C. si certum. Ex obligatione actio. l. 42. §. 2. ff. de procurat. 18. Contractus proprie est, qui utrinque contrahentes obligat: improprie, in quo unus magis improprie, distractus, l. 19. ff. de verb. sign. 19. Addi potest, contractum alios esse nominatos vel innominatos: alios bonæ fidei vel stricti juris, & in iis quedam ut substantia & formalia (veluti in venditione pretium) quedam ut solennia (puta ut minor rem cum decreto vendat) quedam ut naturalia & adminicula ac tacite intellecta (ut est in venditione evictio), quedam ut accidentaliter ac minime necessaria (veluti ut mihi venditori fundum ad certum tempus loces) spectari. v. Hotom. qu. 35.

20. Re dicitur contrahi obligatio, quoties præter consensum rem actu ipso intervenire necesse est. l. 52. §. 1. ff. de oblig. & act. ut utique inter nos conveniat de mutuo dando, obligatio tamen ex mutuo non nascitur. Cur? Aliud est contractus, aliud de contrahendo facta promissio. 21. In eodem ac non diverso genere: eodem, inquam, & similitudine & utilitate: vel aliter: non eadem res in individuo, sed in specie, redduntur: sed tamen res aliæ solvi possunt volenti. Quod si ab initio convenit, ut res aliæ solvantur, alius erit contractus, quam mutui. 22. Solvens id quod civiliter tantum vel naturaliter & civiliter debuit (quod petitur tamen poterat elidere duntaxat eventus, vel perpetua eademque favorabili exceptione, puta Vellejani) is solutus

repetit. At qui debitum vel naturaliter tantum, vel naturaliter & civiliter (quod tamen elidere potuisset exceptione perpetua favorabili, ut Macedoniani): item qui indebitum vel ratione diei vel confidejssorum (veluti cum potuisset uti Epistola D. Hadriani) solvit, is solutum non repetit. Cessat quoque hæc actio, quoties quis vel sciens, vel rei iudicatur, aut pietatis intuitu, aut transactionis, aut jurjurandi auctoritate solvit. Idem si alienum debitum, si ex ea causa, unde his imputando credit, solvit. Anf. 27. l. 5. §. 3. ff. de obl. & act. 24. Imo tenetur ex quali contractu, §. 6. Instit. de oblig. qua quasi ex contr. Declarationem hujus vers. vide apud Rainald. Cort. indugut. j. r. lib. 1. cap. 32. Anf. 25. Pupillus non obligatur indebitum accipiendo. 26. Pupillus non obligatur mutuum accipiendo. 27. Indebitum qui accipit, non proprie ex contractu, sed quasi ex contractu obligatur. 28. Solutio distractus est magis, quam contractus. Nam qui solvit, magis distrahit, quam contrahit. 29. v. l. 1. §. 3. ff. de O. & A. 30. v. l. 8. l. 9. ff. commodati. 31. v. l. 11. C. si cert. petatur. 32. Hotomannus legit exactissimam: ad Instit. hic, quem omnino vide. ex l. 1. §. 4. ff. de oblig. & act. l. contractus. ff. de Reg. Jur. §. 16. Instit. de fur. Anf. 33. v. l. 1. C. de commod. 34. v. l. 1. §. 4. ff. de oblig. & act. 35. Simpliciter & custodiæ causa, ut hic; vel debita. l. 19. C. de usuris. vel litigiosa. l. 6. ff. depositi. 36. v. l. 1. §. 5. ff. de obl. & act. 37. Etiam latroni, l. 31. ff. depositi. nec petere potest compensationem, l. ult. C. de compens. non potest etiam opponere exceptionem domini. l. pen. C. depositi. 38. v. l. 20. ff. depositi. 39. v. l. 1. §. 5. de oblig. & act. 40. v. l. ult. C. de luitatione pignoris. 41. l. 5. §. 2. in fin. ff. commodati. 42. v. l. 6. C. de pignorat. act. 43. Obiter hic observandum, pignori non posse res quæ sunt extra commercium, l. 3. liberos homines, l. 6. instrumenta ac culturam agrorum deputata, l. 8. C. quæ res pignori. res pupillares sine decreto, l. 1. in pr. litigiosas, d. l. 1. §. 2. in med. ff. quæ res pign. alienas, l. 1. §. 1. ibid. servitutes urbanas, l. 11. §. 3. ff. de pignor. & hypothec. ceteræ possunt. 44. 45. D. 1. Lib. 8. C. 38. 45. Quæ verbis est obligatio, verbis omnimodo contrahitur. Potest tamen, & quæ consensu est, ut & pactum, verbis contrahi. l. 7. §. 12. ff. de pact. l. 1. §. 6. ff. de cons. pec. 46. l. 1. §. 7. verbis. l. 52. §. 2. verbis. ff. de oblig. & act. 47. l. 9. in princ. ff. de reb. cred. l. 74. ff. h. t. 48. l. 75. in princ. ff. h. t. Cur non actio ex stipulatione dicitur quæ ex certa stipulatione, cum ea competit pro dote (quæ ut sæpius certa est) l. un. C. de rei uxoria act. & pena promissa certa. l. 1. §. si teus. D. de eo, per quæ factura. l. 21. in fin. ff. de arbitris. l. 28. ff. de act. empt. l. 68. D. de verb. obl. Ad hæc, certi condictio ex incerto contractu competit. l. 5. D. de reb. cred. & incerti pro re certa. l. 3. D. de condict. sine causa, verum dici potest Tribonianum has actiones distinxisse, ut & Ulpianum in l. 24. ff. de reb. cred. 49. Paul. 5. sent. 7. §. 1. 50. Stipulatio a stipite seu iuste in terram dehexo. l. granaria. 18. ff. de act. empt. Festus in sipite, qualis figebatur in conchibus ad finium custodiam firmandam. Ovid. 2. Fastor. ubi de Termino. 12. Gell. 6. at paulo ante a stipulo, quod firmum significat, dicitur. Varro. 4. de lingua in fin. a stipando, id est, componendo. Festus in sipite, stipulatorem cum ait qui stipem, id est, res stipuleretur. Idem in sipitares, sipam, idem quod firmum interpretari videtur. Ifidor. 5. c. 24. Stipulationem a stipula deducit: quod veteres, quoties sibi aliquod promittebatur, stipulam tenentes frangebant, quam iterum junctentes, stipulationes suas agnoscebant. Aleiat. t. rarerg. 39. a σῆμα, quod est adstringere. 51. l. 1. §. 6. D. h. t. 52. Ut & hodie sententia. l. 12. C. de sent. & interl. 53. l. 10. C. de verb. obl. adde notat. ad l. 1. §. 2. ff. eod. 54. l. 1. §. 2. D. eod. l. 10. C. de cont. & committ. stip. 55. v. l. 41. in fin. D. h. t. 56. v. l. 45. in pr. D. eod. 57. Imo eo ipso die. l. 118. §. pen. D. eod. 58. v. l. 56. §. 4. D. eod. 59. l. 52. in fin. D. de pact. 60. Incertum & futurum, l. 54. D. de verb. sign. Conditionem nihil aliud esse quam dilationem debiti in aliquem casum, hinc collige. 61. Conditio casualis. 62. Conditio potestativa. v. l. 115. §. 1. l. 2. D. h. t. 63. l. 115. §. 1. D. de verb. obl.

*spondes?* perinde erit ac si stipulatus esset, cum moreretur sibi dari. Ex conditionali stipulatione tantum spes<sup>1</sup> est debitum iri: eamque ipsam spem in heredem transmittimus<sup>2</sup>, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit. §. 5. Loca etiam inferi stipulationi solent: veluti *Carthagini dare spondes?* Quæ stipulatio licet pure fieri videtur: tamen re ipsa habet tempus adjectum, quo promissor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo, si quis Romæ ita stipuletur<sup>3</sup>, *hodie Carthagini dare spondes?* inutilis<sup>4</sup> erit stipulatio: cum impossibilis sit re promissio. §. 6. Conditiones, quæ ad præfens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, veluti, *Si Titius consul fuit, vel si Mævius civit, dare spondes?* Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habent, statim valet. Quæ enim per rerum naturam sunt certa: non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint. §. 7. Non solum res in stipulationem deduci possunt, sed etiam<sup>6</sup> facta: ut si stipulemur aliquid fieri vel non fieri, & in huiusmodi stipulationibus optimum<sup>7</sup> erit pœnam subijcere, ne quantitas stipulationis in incerto<sup>8</sup> sit, ac necesse sit actori probare, quid ejus interfuit. Itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur: ita<sup>9</sup> adijci pœna debet, *Si ita factum non erit, tunc pœna nomine decem aureos dare spondes?* Sed si quædam fieri, quædam non fieri, una eademque conceptione stipuletur quis: clausula huiusmodi erit adijcenda, *Si adversus ea factura erit, sive quid ita factum non fuerit: tunc pœna nomine decem aureos dare spondes?*

TIT. XVII.  
DE DUOBUS REIS STIPULANDI ET PROMITTENDI.

*Quibus modis duo rei fieri possunt.* 1. De effectu huiusmodi stipulationum. 2. De puritate, die, conditione.

**E**T stipulandi & promittendi<sup>11</sup> duo, pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat, *spondeo*: utputa, cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, *Utrique vestrum dare spondeo*. Nam si prius Titio sponderit, deinde alio interroganti spondeat, alia<sup>12</sup> atque alia erit obligatio, nec credentur duo rei stipulandi esse. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt, *Mævi decem aureos dare spondes?* & *Sei eisdem decem aureos dare spondes?* [si] respondeant<sup>13</sup> singuli separatim, *spondeo*.

§. 1. Ex huiusmodi obligationibus, & stipulationibus solidum singulis debetur, & promittentes<sup>14</sup> singulis in solidum<sup>15</sup> tenentur. In utraque tamen obligatione una res vertitur: vel alter debitum accipiendo, vel alter solvendo, omnium perimit obligationem, & omnes liberat.

§. 2. Ex<sup>16</sup> duobus reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest: nec impedimento erit dies aut conditio, quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.

TIT. XVIII.  
DE STIPULATIONE SERVORUM.

*An servus stipulari possit.* 1. Cui acquirat: De persona, cui stipulatur: & de stipulatione impersonali. 2. De stipulatione facti. 3. De servo communi.

**S**ervus ex persona domini jus stipulandi habet. Sed & hereditas in plerisque personarum defuncti<sup>18</sup> vicem sustinet: ideoque quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, acquirit<sup>19</sup> hereditati, ac per hoc etiam heredi postea facto acquiritur. §. 1. Sive autem domino, sive sibi, sive<sup>20</sup> confervo suo, sive<sup>21</sup> impersonaliter servus stipuletur: domino acquirit. Idem juris est & in liberis, qui in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere possunt. §. 2. Sed cum factum in stipulatione continebitur, omnimodo persona stipulantis continetur: veluti si servus stipuletur, ut<sup>22</sup> sibi ire agere liceat: ipse enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus ejus. §. 3. Servus communis stipulando, unicuique dominorum pro<sup>23</sup> portione domini acquirit: nisi<sup>24</sup> jussu unius eorum, aut nominatim alicui eorum stipulatus est: tunc enim soli ei acquiritur. Quod servus communis stipulatur<sup>25</sup>, si alteri ex dominis acquiri non potest: solidum alteri acquiritur, veluti si res, quam dari stipulatus est, unius domini sit.

TIT. XIX.  
DE DIVISIONE STIPULATIONUM.

*Diviso.* 1. De stipulationibus judicialibus. 2. De prætoriis. 3. De conventionalibus. 4. De communibus.

**S**tipulationum<sup>26</sup> alia[rum] sunt<sup>27</sup> judiciales<sup>27</sup>, alia[rum] prætoriarum, alia[rum] conventionalium, alia[rum] communes tam prætoriarum, quam judicialium. §. 1. Judiciales sunt duntaxat, quæ a mero<sup>28</sup> iudicis<sup>29</sup> officio proficiuntur<sup>30</sup>: veluti de dolo cautio, [vel de<sup>31</sup> persequendo servo, qui in fuga est: restituendove pretio]. §. 2. Prætoriarum<sup>32</sup> [sunt], quæ a mero Prætoris officio proficiuntur<sup>33</sup>, veluti damni infecti, [vel legatorum]. † Præ-

torias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in his etiam contineantur ædilitiæ<sup>34</sup>: nam & hæc a jurisdictione [Prætoris]<sup>35</sup> veniunt.

§. 3. Conventionales sunt, quæ ex conventionione (utriusque partis<sup>36</sup>) concipiuntur, [hoc est, neque jussu iudicis, neque jussu Prætoris, sed ex conventionione contrahentium,] quarum totidem genera sunt, quot (pene dixerim) rerum contrahendarum. §. 4. Communes sunt<sup>37</sup>: velut rem salvam fore pupillo: Nam<sup>38</sup> & Prætor jubet<sup>39</sup> rem salvam fore pupillo, caveri, & interdum iudex, si aliter hæc res expediri non potest: vel de rato stipulatio.

TIT. XX.  
DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.

*De his quæ sunt in commercio.* 1. De his quæ non sunt in rerum natura. 2. De his quæ non sunt in commercio. 3. De factis vel datione alterius. 4. De eo in quem confertur obligatio, vel solutio. 5. De interrogazione & responsione. 6. De his quæ sunt vel habent in potestate. 7. De tuto vel furdo. 8. De furioso. 9. De impubere. 10. De conditione. 11. De absentia. 12. De tempore in quod confertur stipulatio. 13. De præposteratione. 14. De stipulatione collata in tempus mortis. 15. De stipulatione post mortem alterius. 16. De promissione scripta in instrumento. 17. De pluribus rebus. 18. De pœna adjecta stipulationi alii dari. 19. Si interfit ejus, qui alii stipulatur. 20. De pœna adjecta promissioni facti alieni. 21. De re stipulantis futura. 22. De dissensu. 23. De turpi causa. 24. De morte contrahentium. 25. Quando agi potest ex stipulatione.

**O**mnis res, quæ dominio nostro subijcitur, in stipulationem deduci potest: sive mobilis sit, sive soli. §. 1. At si quis rem, quæ in rerum natura non est, aut<sup>41</sup> esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum<sup>42</sup>, qui mortuus sit, quem vivere credebatur; aut hippocentaurum<sup>43</sup>, qui esse non possit<sup>44</sup>: inutilis erit stipulatio. §. 2. Idem juris est<sup>45</sup>, si rem sacram aut religiosam, quam humani juris esse credebatur: vel rem publicam, quæ usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum, vel theatrum: vel<sup>46</sup> liberum hominem, quem servum esse credebatur, vel cujus commercium non habuerit: vel rem<sup>47</sup> suam dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id, quod publica res in privatum deduci, & ex libero servus fieri potest<sup>48</sup>, & commercium adipisci stipulator potest, & res [sua] stipulatoris esse definire potest: sed protinus<sup>49</sup> inutilis est<sup>50</sup>. Item contra, licet initio utiliter res in stipulationem deducta sit: si [tamen] postea<sup>51</sup> in aliquam eorum causam, de quibus supra dictum est, sine facto promissoris devenerit, extinguatur stipulatio<sup>52</sup>. At nec statim ab initio talis stipulatio valebit, *Lucium Titium*<sup>53</sup>, cum servus erit, dare spondes? & similia: quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt<sup>54</sup>. §. 3. Si quis<sup>55</sup> alium daturum, facturumve<sup>56</sup> quid promiserit, non obligabitur<sup>57</sup>: veluti si spondeat Titium quinque aureos daturum. Quod si effecturum se, ut Titius daret, sponderit, obligatur. §. 4. Si quis alii, quam<sup>58</sup> ei, cujus juri subjectus sit, stipuletur: nihil agit<sup>59</sup>. Plane solutio etiam in extraneam personam confertur potest: veluti si quis ita stipuletur, *Mibi aut Seio dare spondes?* ut obligatio quidem stipulatori adquiratur, solvi<sup>60</sup> tamen Seio, etiam invito eo, recte possit, ut liberatio ipso jure contingat: sed ille adversus Seium habeat<sup>61</sup> mandatam actionem. † Quod si<sup>62</sup> quis sibi & alii, cujus juri subjectus non sit, dari decem aureos stipulatus est: valet quidem stipulatio: sed utrum totum debeatur [stipulatori] quod in stipulationem deductum est, an vero pars dimidia, dubitatum est: sed placuit, non plus quam dimidiam partem ei acquiri. † Et [vero], qui juri tuo subjectus est, si stipulatus sis, tibi acquiris: quia vox<sup>63</sup> tua, tanquam filii sit: sicuti & filii vox, tanquam tua intelligitur in<sup>64</sup> iis rebus, quæ tibi acquiri possunt. §. 5. Præterea inutilis<sup>65</sup> est stipulatio, si [quis] ad ea quæ interrogatus fuerit, non respondeat<sup>66</sup>: veluti<sup>67</sup> si quis decem aureos a te dari stipuletur, tu quinque promittas, vel contra: aut si ille pure stipuletur, tu<sup>68</sup> sub conditione promittas, vel contra: si modo scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione, vel in diem stipulanti, tu respondeas, *presenti die spondeo*. Nam si hoc solum respondeas, *promitto*: brevier videris in eandem diem vel conditionem spondisse. Neque enim necesse est, in respondendo eadem omnia<sup>70</sup> repeti, quæ stipulator expresserit. §. 6. Item inutilis est stipulatio, si vel ab eo stipuleris, qui tuo juri subjectus est<sup>71</sup>, vel si is a te stipuletur. Sed servus quidem non solum domino suo obligari non potest, sed ne<sup>72</sup> quidem ulli alii: filii vero familiarum aliis<sup>73</sup> obligari possunt. §. 7. Mutum<sup>74</sup> neque stipulari, neque promittere posse, palam est<sup>75</sup>: quod & in surdo receptum est: quia & is qui stipulatur, verba promittentis, & is, qui promittit, verba stipulantis audire debet: unde apparet non de eo nos loqui, qui tardius exaudit<sup>76</sup>: sed de eo, qui omnino non audit.

§. 8. Furiosus nullum negotium gerere potest: quia non intelligit quod

prætor. & tamen interdum iudicis officio interponitur. Theoph. hic.

1 l. 54. in fin. ff. de verb. signif. 2 l. 57. ff. h. t. 3 l. 2. §. qui ita. 6. ff. de eo quod certo loco. 4 Non tamen semper. v. l. 141. §. 4. ff. h. t. 5 v. l. 37. ff. de reb. cred. 6 l. 2. in princ. ff. h. t. 7 l. ult. ff. de prætor. stipul. 8 l. 68. l. 80. ff. h. t. 9 l. 71. l. 137. §. pen. ff. cod. 10 Lib. 45. D. 2. Lib. 8. C. 40. Nov. 99. 11 l. 1. ff. de duob. reis const. 12 Imo alia non erit. l. 3. ff. cod. 13 l. 4. ff. cod. 14 v. l. 2. ff. cod. 15 Hodie necessaria est discussio. Nov. 99. c. 1. 16 l. 7. ff. cod. 17 Lib. 45. D. 3. 18 v. l. 31. in fin. ff. de her. inst. 19 l. 16. ff. de obl. & act. 20 l. 1. §. 3. ff. h. t. 21 l. 15. ff. cod. 22 l. 38. §. hi qui sunt. 6. ff. de verb. obl. 23 l. 7. §. 1. l. 27. ff. h. t. 24 l. 33. ff. cod. 25 l. 25. §. questionis. ff. de usufructu. 26 l. 5. ff. de verb. obl. sive dividua, sive individua: sive dandi, sive faciendi sunt. l. 5. ff. de verb. obl. 27 Judicialium stipulationum auctor est iudex, a Prætoris datus: Prætoriarum ipse Prætor. 28 Merum iudicis officium appellat, quod interponitur sine jussu prætoris, sine conventionione partium. 29 Subaudi, a Prætoris specialiter dati inter litigantes. 30 Judiciales stipulationes sunt, quæ nunquam apud Prætorum, sed tantum apud iudicem interponuntur. l. 4. §. duas. ff. de damno. 31 Hæc verba ad §. Prætoriarum. hic abundant: desunt in l. 5. ff. de verb. obl. 32 v. tit. D. de stip. prætoris. §. l. 5. D. de verb. obl. 33 Prætoriarum stipulationes sunt quæ nunquam nisi apud Prætorum aut eos qui loco Prætorum sunt, puta Aediles & Prædites, interponuntur: & quidem certa formula. l. 52. ff. de verb. obl. 34 Aedilitium stipulationes, sunt cautiones de morbis & vitis venalium rerum. 35 Hoc verbum deest Theophilo: deest etiam d. l. 5. & alioquin Jus ædilitium honorarium est, prætorium nunquam. Et hæc veniunt non ab ædilio Prætoris, sed Aedilium. 36 Vel utriusque contrahentium. Contrahentes dicuntur in l. 3. in fin. ff. de obl. l. 52. l. 115. §. 2. ff. de verb. obl. 37 Et ita communis dicitur, quia apud Prætorum. l. 2. ff. rem pupilli. & apud iudicem. 38 Communes sunt quæ jubente Prætoris (vel Aedili,) & interdum officio iudicis interponuntur. 39 Hæc prætoris dicitur in l. 1. ff. de stipul.

40 L. 8. C. 39. 41 v. l. 31. ff. de obl. & act. l. 35. ff. de verb. obl. 42 v. l. 59. ff. de V. O. 43 Vide l. 97. ff. de verb. oblig. 44 Hippocentaurum in Theophrasti natum eodem die interisse, Plin. 7. c. 3. refert. 45 l. 83. §. sacrum. ff. de verb. obl. 46 v. l. 103. ff. de V. O. 47 v. l. 82. ff. de verb. obl. idque dominio, non p. s. sessione. 48 Quia id spectari neque civile, neque naturale est. d. l. 83. §. sacrum. in fin. 49 ἔξ ἀρχῆς. Theoph. hic. id est, ab initio. Potest & hoc dici, cum rō protinus ei opponatur, quod superius dixit in pendenti, eo verbo instans tempus notari, ut apud Senec. illo loco, Omnia in incerto jacent, protinus vive, id est, fructu instanti. 50 Quia de his recte stipulamur, quæ dominio nostro subijci statim possunt. d. §. sacrum. 51 v. l. 98. pr. l. 140. §. ult. ff. de verb. obl. 52 An ad estimationem teneatur, v. §. 4. 6. Instit. de legat. S. L. 53 d. §. sacrum. verb. sed hæc. 54 & e contra l. 34. §. 1. ff. de contr. empt. 55 v. l. 38. in princ. ff. de verb. oblig. 56 Vid. §. 21. j. h. t. 57 Nisi habere licere, nisi tantum heredis, nisi sub pœna vel cum juramento promiserit. 58 v. l. 38. §. alteri. 17. ff. de verb. obl. 59 Nisi mea interfit, nisi juraveris, nisi sub pœna promiseris, nisi consuetudo contraria sit, nisi plis locis vel procuratori stipulatus sim. 60 l. 10. l. 12. §. pen. ff. de solut. 61 l. 95. §. qui stipulatur, in fin. 5. de solut. 62 l. 110. ff. de verb. obl. 63 Adde l. 42. ff. de damno infecti. 64 l. 130. ff. de verb. obl. 65 Imo in decem erit contracta. l. 1. §. si stipulanti. 4. ff. de verb. obl. 66 §. 1. §. de verb. obl. Vide Arum. Exer. cit. Justin. 13. th. 5. Ant. 67 Imo hoc casu utilis est stipulatio in quinque. l. 1. §. 4. ff. de verb. oblig. Imo non est utilis. l. 58. ff. de verb. oblig. 68 l. 1. §. 3. ff. de verb. obl. 69 Ei quod majus est, & minus inest. 70 l. 55. l. 134. §. 1. ff. de verb. obl. 71 l. 2. ff. de contrah. empt. Ant. 72 v. l. 14. ff. de obl. & act. 73 v. l. 39. j. de obl. & act. 74 l. 1. §. de verb. obl. 75 Potest tamen muta voce, seu literis obligari. arg. l. 38. ff. de obl. & act. 76 §. 3. E. Quibus non est permittum fuis. testam.

agit §. 9. Pupillus omne negotium recte gerit: ita tamen, ut ubi tutoris auctoritas necessaria sit, adhibeatur tutor: veluti si ipse obligetur: nam alium sibi obligare 2 etiam sine tutoris auctoritate potest.

§. 10. Sed quod diximus de pupillis, utique de iis verum est, qui jam habent aliquem intellectum: nam 3 infans, & qui infantiae proximus est 4, non multum a furioso distat: quia hujusmodi aetatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantia, propter utilitatem eorum, benignior juris interpretatio facta est: ut idem juris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes 5, ne auctore quidem patre obligatur. §. 11. Si impossibilis conditio 6 obligationibus adjiciatur; nihil valet stipulatio 7. Impossibilis autem conditio habetur, cui natura impedimento est, quo minus existat: veluti si quis ita dixerit: Si 8 digito caelum attigero, dare spondes? At si ita stipuletur: Si digito caelum non attigero, dare spondes? pure facta obligatio intelligitur, ideoque statim peti potest. §. 12. Item verborum obligatio inter 9 absentes concepta, inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosius hominibus praestabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus, & non praesentes fuisse vel se vel adversarios suos contendentes: ideo nostra constitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Caesarienses advocatos scripsimus: per 10 quam disposuimus, tales scripturas, quae praesto esse partes indicant, omnino esse credendas 11: nisi is qui talibus utitur improbis allegationibus, manifestissimis probationibus vel per scripturam 12, vel per testes idoneos adprobaverit, toto eo die, quo conficiebatur instrumentum, sese vel adversarium suum in aliis locis fuisse. §. 13. Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat: non magis, quam post ejus mortem, a quo stipulabatur. Ac nec is, qui in alicujus potestate est, post mortem ejus stipulari poterat: quia patris vel domini voce loqui videretur. Sed & si quis ita stipuletur, pridie quam moriar, vel pridie quam morieris, dare spondes? inutilis erit stipulatio. Sed cum (ut jam dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes valeant, placuit nobis etiam in hunc juris articulum necessariam inducere emendationem 13, ut si post mortem, siue pridie quam moriatur stipulator, siue promissor, stipulatio concepta sit, stipulatio valeat. §. 14. Item si quis ita stipulatus erat, si navis [cras] ex Asia venerit 14 hodie dare spondes? inutilis erat stipulatio, quae praepostere concepta est. Sed quum Leo inclytus recordationis 15 in dotibus eandem stipulationem, quae praeposterea nuncupatur, non 16 esse rejiciendam existimaverit: nobis placuit, & huic perfectum robur accommodare, ut non solum in dotibus, sed etiam in omnibus valeat hujusmodi conceptio stipulationis 17. §. 15. Ita autem stipulatio concepta, veluti si Titius dicat, cum 18 moriar, dare spondes? vel cum morieris? & apud veteres utilis erat, & nunc 19 valet. §. 16. Item post 20 mortem alterius recte stipulamur. §. 17. Si 21 scriptum in instrumento fuerit, promississe aliquid: perinde habetur 22 atque si interrogatione praecedente responsum sit. §. 18. Quotiens plures res una stipulatione comprehenduntur, siquidem promissor simpliciter respondeat, dare spondeo, propter omnes tenetur 23. Si vero unam ex his, vel quasdam daturum se sponderit; obligatio 24 in iis, pro quibus sponderit, contrahitur. Ex pluribus enim stipulationibus una, vel quaedam videntur esse perfectae: singulas enim res stipulari, & ad singulas respondere debemus.

§. 19. Alteri 25 stipulari (ut supra dictum est) nemo potest. Inventae enim sunt hujusmodi [stipulationes vel] obligationes ad hoc, ut unusquisque adquirat sibi, quod sua interest. Caeterum si alii detur, nihil interest stipulatoris. Plane si quis velit hoc facere, poenam stipulari conveniet: ut nisi ita factum sit, ut est comprehensum, committatur poenae stipulatio etiam ei, cujus nihil interest. Poenam enim cum stipulatur quis, non illud inspicitur, quod interest ejus, sed quae sit quantitas in conditione stipulationis. Ergo si quis [ita] stipuletur, Titio dari, nihil agit: sed si adjecerit poenam, nisi dederis, tot aureos dare spondeo? tunc committitur stipulatio. §. 20. Sed [&] si quis stipuletur alii, cum 26 ejus interesset, placuit stipulationem valere. Nam si is, qui pupilli tutelam administrare coeperat, cesserit administrationem contutori 27 suo, & stipuletur rem pupilli salvam fore: quoniam interest stipulatoris fieri, quod stipulatus est (cum obligatus futurus sit pupillo, si male res gesserit) tenet obligatio. Ergo & si quis procuratori 28 suo dari stipulatus sit: habebit vires stipulatio. Et si creditori suo [quis stipulatus sit], quod sua interest, ne forte vel poena committatur, vel praedia distrahantur, quae pignori data erant, valet stipulatio. §. 21. Verba vice, qui 29 alium facturum promissit, videtur in ea esse causa, ut non teneatur, nisi poenam ipse promiserit.

1 l. 70. §. 6. si a furioso. ff. de fidejuss. & mandat. l. 5. l. 40. ff. de reg. jur. 2 v. l. 7. C. de contr. stip. 3 v. l. 70. ff. de verb. obl. 4 Id est, septennis: hucque referenda est l. 70. ff. de verb. obl. septennio major potest, quo referenda est l. 6. ff. rem pupilli. Goth. Quis sit infantia aut pubertati proximus, docet Hotonian. hic, quem vide. Anst. 5 Quid pubes? v. l. 7. C. de contr. stip. 6 l. 7. ff. de verb. oblig. natura & jure affirmative concepta. v. l. 31. ff. de oblig. & act. negative concepta non suspendit, nec contractum vitiat, sed pro non apposta habetur: quia est certa & necessaria & jam existit, ut hic. 7 Secus in ultima voluntate §. 10. §. de her. inst. & matrimonia. c. fin. ext. de cond. appost. 8 Cicero: Nostri principes digito se caelum putant attingere. Ovid. Tanquam vertice caelum. Horat. Sublimi feriam sidera vertice. Symmachus. Nec ego, ut ajunt, supra convexa terigibilem. 9 Verborum obligatio inter praesentes, non inter absentes contrahitur. Paul. §. sent. 7. §. 2. in pr. l. 8. ff. de duob. reis. 10 l. 14. C. de contrah. stip. 11 Praesumitur enim pro instrumento. 12 Ut ita contra praesentiam scriptura contestatam, admittatur probatio absentiae, & negativa, quae directo probari nequit, l. 23. C. de probat. per obliquum probari possit. 13 l. 11. l. ult. C. de contr. stip. 14 Adde l. 64. ff. de verb. obl. 15 l. 25. C. de testamentis. 16 Praeposteri vitium non nocet stipulationi, l. praeposteri. 25. C. de testam. hoc est, nihil officit stipulationi, quod contractui sit inserta ante alia pacta vel post, ut l. petens. 27. C. de pactis. Non officit idem quoque, quod quis hodie stipuletur dari, si navis ex Asia venerit, ut hic, officeret tamen praepostero responsonis & interrogationis. Ideoque si promissio praecedat, interrogatio legitur, nudum pactum est, non stipulatio. 17 l. 24. C. de testamentis. Anst. 18 l. 45. §. 1. ff. de verb. oblig. 19 Adde l. ult. C. de contr. stipul. 20 d. l. 45. §. 2. ff. de verb. obl. 21 Paul. §. sent. 7. §. 2. in fin. 22 V. §. ult. §. tit. prox. v. l. 134. §. 2. ff. de verb. obl. 23 Cur ita? v. l. 29. l. 86. ff. de verb. obl. l. 32. §. 72. ff. de evictio. 24 l. 83. §. 4. ff. de verb. obligat. 25 v. l. 38. §. alteri. 17. ff. de verb. obl. 26 v. l. 3. in pr. Cod. h. t. 27 l. 38. §. 20. ff. de verb. obl. 28 d. l. 38. §. 23. 29 d. l. 38. in pr. 30 l. 87. ff. de verb. oblig. 31 l. 137. §. 1. ff. de verb. obl. 32 l. 123. ff. de verb. obl. l. 5. in fin. C. de cond. ob turp. 33 Conditionali in legato, morte heredis ante conditionis eventum legatum non extinguitur. l. 65. ff. de cond. & demonst. morte legatarum extinguitur, nec ad ejus heredem transmittitur. l. 57. ff. de verb. obl. l. unie. §. in autem. C. de cad. toll. In stipulationibus vero neque morte promissoris, aut stipulatoris, stipulatio extinguitur, ut hic l. 57. ff. de verb. obl. l. unie. C. ut action. & ab her. §. 4. vers. ex conditionalis. §. de

§. 22. Item nemo rem suam futuram 30, in eum casum, quo sua sit, utiliter stipulatur. §. 23. Si de alia re stipulator fenserit, de alia promissor: perinde nulla contrahitur obligatio, ac si ad interrogatum responsum non esset: veluti si hominem Stichum a te quis stipulatus fuerit 31, tu de Pamphilo fenseris, quem Stichum vocari credideris.

§. 24. Quod turpi 32 ex causa promissum est; veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat: non valet. §. 25. Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, licet ante conditionem decesserit: postea existente conditione heres ejus agere potest 33. † Idem est & ex promissoris parte. §. 26. Qui hoc anno 34, aut hoc mense dari stipulatus est: nisi 35 omnibus partibus anni vel mensis praeteritis, non recte petet. §. 27. Si fundum dari stipuleris vel hominem: non poteris continuo agere, nisi 36 tantum spatium praeterierit, quo 37 traditio fieri possit.

## TIT. XXI.

## DE FIDEJUSSORIBUS 38.

Cir accipiuntur. 1. Et in quibus obligationibus. 2. De herede. 3. Si fidejussor praecedat, vel sequatur obligationem. 4. De pluribus fidejussoribus. 5. In quam summam obligatur fidejussor. 6. De actione fidejussoris adversus reum. 7. Si fidejussor Graece accipiatur. 8. Si scriptum sit, aliquid fidejussisse.

Pro 39 eo, qui 40 promittit, solent alii obligari, qui fidejussores appellantur: quos homines accipere solent, dum curant, ut diligentius sibi cautum sit. §. 1. In 41 omnibus autem obligationibus adsumi possunt; id est, si re, si verbis, si literis, si consensu contractae fuerint. At nec illud quidem interest, utrum civilis 42, an naturalis sit obligatio, cui adjicitur fidejussor: adeo quidem, ut pro fero quoque obligetur, si extraneus sit, qui fidejussorem a fero accipiat, si ipse dominus in id, quod sibi naturaliter debetur.

§. 2. Fidejussor non tantum ipse obligatur, sed etiam 44 heredem relinquit obligatum. §. 3. Fidejussor & 45 praecedere obligationem, & sequi potest. §. 4. Si plures sint fidejussores: quotquot erunt numero, singuli in solidum tenentur 46. Itaque liberum est 47 creditori, a quo velit, solidum petere. Sed ex epistola 48 divi Hadriani compellitur creditor a singulis, qui 49 modo solvendo sunt, litis contestatae tempore, partes petere 50. Ideoque si quis ex fidejussoribus ea tempore solvendo non sit; hoc caeteros onerat. Sed si ab uno fidejussore creditor totum consequutus fuerit: hujus solius detrimentum erit, si is, pro quo fidejussit, solvendo non sit 51: & sibi imputare debet, cum potuerit jurari ex epistola divi Hadriani, & desiderare, ut pro parte in se detur actio.

§. 5. Fidejussores ita obligari non possunt 52, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, accessio est principalis obligationis: nec plus in accessione potest esse, quam in principali re. At ex diverso, ut minus debeant, obligari possunt: itaque si reus decem aureos promiserit, fidejussor in quinque recte obligatur: contra vero obligari non potest. Item si ille pure 53 promiserit, fidejussor sub conditione promittere potest: contra vero non potest. Non solum autem in quantitate, sed etiam in tempore minus aut plus 54 intelligitur. Plus est enim statim aliquid dare: minus est, post tempus dare 55. §. 6. Si quid autem fidejussor pro reo solverit 56: ejus recuperandi causa habet cum eo mandati iudicium 57. §. 7. Graece 58 etiam fidejussor ita accipitur, ἡ ἐμὴ πίστις κείνου ἐστί. id est, mea fide jubeo ego: [sed & si dixerit] εἶναι sive βέβαιον. id est, volo, sed & ἔμνη, id est, affirmo. pro eo erit, ac si dixerit λέγω, id est, dico 59. §. 8. In stipulationibus fidejussorum sciendum est, hoc generaliter accipi: ut quodcumque scriptum sit quasi actum, videatur etiam actum. Ideoque constat, si quis scripserit se fidejussisse: videri 60 omnia solemniter acta.

## TIT. XXII.

## DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS 61.

Lim scriptura 62 habet obligatio, quae nominibus 63 fieri dicebatur, quae nomina 64 hodie non sunt in usu. Plane si quis debere se scripserit 65, quod sibi numeratum non est 66: de pecunia minime numerata 67 post multum temporis exceptionem opponere non potest: hoc enim sapissime constitutum est. Sic fit, ut & hodie, dum quaeri non potest, scriptura obligetur: & ex ea nascatur conditio, cessante scilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus usque ad quinquennium procedebat: sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari, per constitutionem 68

verb. obl. 34 §. 2. §. de verb. obl. §. 33. vers. tempore. §. de Action. Anst. 35 l. 42. ff. de verb. obl. 36 l. 73. in princ. ff. de verb. obl. 37 v. l. 73. ff. de verb. obl. l. 105. ff. de solution. 38 L. 35. D. I. L. 8. C. 41. Nov. 4. 39 Fidejussio hac parte differt a constituto. §. 9. J. de act. 40 l. 1. §. 8. ff. de obl. & action. 41 l. 1. l. 2. l. 3. §. 1. ff. h. a. 42 l. 8. §. 1. ff. cod. 43 l. 6. in fin. l. 16. §. 3. ff. cod. 44 v. l. 4. §. 1. ff. cod. 45 v. l. 50. in fin. ff. de pecul. l. 4. l. 6. §. 2. ff. h. t. 46 v. Nov. 99. 47 v. l. 3. l. 5. C. h. t. 48 De qua dixi ad l. 26. ff. cod. 49 v. l. 28. ff. cod. 50 Compellitur quoque creditor principalem praesentem prius convenire: aut eo absente, praestituere fidejussori certum tempus, intra quod principalem sistat, Nov. 4. c. 1. 51 Nisi cellas habeat actiones a creditore, v. l. 11. C. h. t. 52 l. 8. §. illud commane. l. 16. §. qui certo. l. 38. l. 42. in pr. ff. cod. v. l. 8. C. de non num. pec. 53 l. 6. §. 1. l. 8. §. 7. ff. h. t. 54 §. si quis agens 33. vers. plus. §. de act. l. 58. ff. de solut. l. 12. ff. de verb. figg. 55 Dies enim pars est stipulationis, l. 1. §. editiones. ff. de edendo. 56 Utamen non solverit, interdum agere potest, puta, si principalis debitor bona sua prodigit ac profundit: si protectionem longinquam parat: si liberam fidejussori agendi potestatem fecit: si diu in obligatione stetit, (quod arbitrio iudicis finitur) si tempus solutionis initer: si ipse fidejussor ad solutionem condemnatus est. 57 Quomodo? v. l. 10. in fin. ff. mandat. Nisi pro invito, aut pro eo qui mandare non potest; nisi donandi & nunquam agendi animo fidejussit. 58 l. 8. ff. h. t. vide quoque notavi ad l. 11. ff. de leg. 3. 59 Adde l. 12. C. h. t. l. 8. ff. cod. 60 §. 16. §. tit. prox. l. 30. l. 134. §. pen. ff. de verb. oblig. l. 1. C. de contrah. stip. 61 Et eorum speciebibus & effectibus vide quae notavi ad Nov. 73. in pr. 62 Scriptura hic, scriptura est mensae argentariae, l. 4. ff. de pign. l. 38. ff. de oblig. l. 27. ff. de furt. Et in fin. princ. tit. §. de emp. l. 35. in fin. ff. de verb. obl. 63 Hoc heri dicitur, quum pecunia praesens non numeratur, sed tantummodo in tabularum referatur quod nobis debetur. Hotom. hic Anst. Vid. Ciceron. pro Rosci. Comed. Salmal. de usur. cap. 6. Et ad jus Attie. cap. 29. Goth. Idem, ad l. 1. ff. de ann. legat. §. l. 64 l. 9. ff. de pact. l. 1. ff. de ann. legatis. l. 1. §. de SC. Maced. 65 Privatim vel publice, si modo in hujusmodi publica cautione numerationis non sit facta mentio: alias auctoritas instrumenti publici, onus probandi in negantem transferret, l. 18. C. de probat. §. 12. in fin. §. de inuul. stip. Nov. 73. cap. 2. §. 4. §. 5. 66 Hanc exceptionem Justinianus vocat ἀναρρογία. adde 2. Harm. 2. §. 1. §. 6. Ecl. 8. §. 30. 67 An haec exceptio locum habeat in solo mutuo, v. l. 5. C. de non num. pec. 68 Adde §. 2. J. de except.

nostram tempus coarctatum est, ut ultra 2 biennii metas hujusmodi exceptio 3 minime 4 extendatur 4.

TIT. XXIII.

DE OBLIGATIONIBUS EX CONSENSU.

Consensu 5 fiunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. §. 1. Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu 6 contrahi: quia neque scriptura, neque presentia omnimodo opus est: at nec dare quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio: sed sufficit eos, qui negotia gerunt, consentire. §. 2. Unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuncium. §. 3. Item 7 in his contractibus alter alteri obligatur in id, quod alterum alteri ex bono & aequo praestare oportet 8, [cum aliqui in verborum obligationibus alius stipuletur, alius promittat 9].

TIT. XXIV.

DE EMPTIONE ET 10 VENDITIONE.

- De emptione pura. De pretio, conventionione, arrhis, & scriptura. 1. De pretio certo, vel incerto, vel in arbitrium alienum collato. 2. In quibus pretium consistat. Differentia emptionis & permutationis. 3. De periculo & commodo rei venditae. 4. De emptione conditionali. 5. De emptione rei, qua non est in commercio.

Emptio & venditio contrahitur 11 simulatque de pretio convenit: quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrha nomine datur, argumentum 12 est emptionis & venditionis contractae. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus quae 13 sine scriptura consistunt, obtinere oportet: nam nihil a nobis in hujusmodi emptionibus & venditionibus innovatum est: in 14 iis autem, quae scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem constitutum, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, a contrahentibus autem subscripta 15; & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta. Donec enim aliquid deest ex his 16, & poenitentiae locus est, & potest emptor vel venditor sine poena recedere ab emptione [ & venditione ]. Ita tamen impune [ eis recedere ] concedimus 17, nisi jam arrharum nomine aliquid fuerit datum: hoc enim subsecuto, sive in scriptis, sive sine scriptis, venditio celebrata est: is, qui recusat adimplere contractum 18, si quidem est emptor, perdit quod dedit: si vero venditor, duplum restituere compellitur, licet super arrhis nihil expressum est. §. 1. Pretium autem constitui oportet: nam nulla emptio sine 19 pretio esse potest 20. † Sed & 21 certum esse pretium debet: alioqui si inter aliquos ita convenerit, ut quanti Titius rem aestimaverit, tanti sit empta: inter veteres satis abunde hoc dubitabatur (constatne venditio, an non). Sed nostra 22 decisio ita hoc constituit, ut quoties sic composita sit venditio, quanti ille aestimaverit, sub hac conditione staret contractus: ut si quidem ille, qui nominatus est, pretium definiat: [ tunc ] omnimodo secundum ejus estimationem, & pretium persolvatur, & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur: emptore quidem ex 23 empto actione, venditore ex 24 vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit 25 pretium definire: tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. Quod jus cum in venditionibus nobis placuit: non est absurdum, & 26 in locationibus, & [ in ] conductionibus trahere. §. 2. Item pretium in 27 numerata pecunia consistere debet. Nam in ceteris rebus, an pretium esse possit, valde quaerebatur: veluti an homo, aut fundus, aut toga alterius rei pretium esse possit? [ Et ] Sabinus & Cassius etiam in alia re putabant 28 pretium posse consistere: unde illud est, quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi: eamque speciem emptionis vetustissimam esse: argumentoque utebantur Graeco poeta Homero, qui aliquam partem exercitus Achivorum vinum sibi comparasse ait, permutatis quibusdam rebus, his verbis:

Εἴθεν δὲ εἰσίζοντο καὶ κερκέρωντες Ἀχαιοὶ, ἄλλοι μὲν χαλκῶ, ἄλλοι δ' αἰθάνῃ σιδήρῳ, ἄλλοι δὲ βίβοις, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν, ἄλλοι δ' ἀνδραπόδοισι.

Id est:

Hinc sibi certatim gentis de more comati Vina parant Graii are dato, fulgenteque ferro, Tergoribusque, bobus sed & ipsis, mancipiisque.

1. l. 13. C. de non num. 2. Et conditio. l. 7. C. de non num. 3. Nisi a minore. l. ult. C. in quib. caus. in integ. rest. necess. An & intra biennium major interdum eam non opponit? Sic sane, puta si eam summam vel testamentum vel inter vivos semel atque iterum, vel post dotaria instrumenta confecta concessit est, si partem debiti inferre cepit, si de vestigialis illatione agatur. Myns. Quid si juramento huic exceptioni renunciatum fuerit? v. l. ult. C. de non num. Quid si hypotheca praeferat grapham data? Ne his quidem juvabitur creditor. l. 4. d. t. 4. Quid si debitor ea falso ius est? dupli poena punietur. v. Nov. 19. cap. 4. 5. Sumptus hic integer titulus est ex l. 2. ff. de obl. & actian. l. 35. in fin. ff. de verb. obl. 6. Nudo: at non tacito; licet interdum tacito convalescat, ut in relocatione diximus. l. 13. in fin. l. 14. ff. locati, & ex una tantum parte tacito contentu possint consistere. l. 35. in fin. ff. de verb. obl. 7. d. l. 2. §. fin. ff. de oblig. & act. 8. Etiam lingua non sit nuncupatum. v. l. 6. §. 1. in fin. ff. de cont. empt. 9. Id est, cum in stipulationibus obligatio eate-nus nascatur & sententia feratur, quatenus lingua nuncupatum est. l. 99. in pr. ff. de verb. obl. 10. L. 18. D. I. & 19. D. I. & 4. C. 38. adde 2. Paul. sent. 17. & 3. Conf. Harm. 3. 11 v. l. 9. C. de cont. empt. 12 l. 35. ff. de cont. empt. 13 Possunt enim ita fieri, v. l. 12. C. de cont. empt. 14 v. l. 17. C. de fide instr. 15 Vid. l. 20. C. de donat. Subscribens, totam censetur facere scripturam. l. 6. §. 1. ff. de Edendo. Anf. 16 l. 6. in fin. ff. de cont. empt. 17 d. l. 17. in fin. 18 Vide l. contractus. 17. C. de fide instrum. l. 2. C. Quando liceat ab empt. reced. Vide omnino Weib. ff. de cont. empt. num. 9. per tot. & Anton. Fab. ad C. tit. de fid. instrument. defm. 14. Anf. 19 v. l. 2. in fin. ff. de cont. empt. 20 Olim sine pretio emptio esse potuit, nummis nondum priusculo inventis, quae dixi ad l. 1. §. 1. ff. de cont. empt. 21 l. 7. in fin. d. t. 22 l. ult. C. de cont. empt. 23 l. 2. pr. l. 11. pr. ff. & C. tit. de act. empt. 24 l. 13. §. ex vendito. 19. ff. de act. empt. 25 v. l. 75. ff. pro socio. 26 l. ult. in fin. C. de cont. empt. 27 v. l. pen. C. de permutat. 28 Et male, l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. 29 Nerva & Proculus. d. §. 1. & l. 5. §. & si quidem. ff. de praes. verb. 30 Orator & Jurisconsultus intrucus esse debet exemplorum etiam a Poetis peritorum varietate & copia, adde 2. Quintil. 4. Sic Athenienis Homero teste uti sunt, de Salamina contendentes: & Tenedii adversus Sygeos: & Leophron contra Critiam Solonis usurpavit elegias. Arist. 1. Rhetor. 15. Laert. Ita Philomelus verbis Homeri perfratit Phoenicibus, ne Amphidromum iudicio starent, quod antiquitus Delphicum oraculum in eorum potestate fuisse. Diad. lib. 6. 31 in pr. §. eod. 32 v. l. 1. C. de peric.

Diversae scholae auctores 29 contra sentiebant: aliudque esse existimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non posse rem expediri, permutatis rebus, quae videatur res venisse, & quae pretii nomine data esse: nam utramque videri & venisse, & pretii nomine datam esse, rationem non pati. Sed Proculi sententia, dicentis permutationem propriam esse speciem contractus a venditione separatam, merito prevaluit: cum & ipse aliis 30 Homericis verbis adjuvabatur, & validioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores divi Principes admiserunt, & in nostris Digestis latius significatur. §. 3. Quum autem emptio & venditio contracta sit (quod effici diximus 31, simul atque de pretio convenerit), cum sine scriptura res agitur, periculum rei venditae statim 32 ad emptorem pertinet, tamen 33 adhuc ea res emptori tradita non sit. Itaque 34 si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis laesus fuerit, aut aedes totae vel aliqua ex parte incendio 35 consumpra fuerint: aut fundus vi fluminis 36 totus vel aliqua ex parte ablatus sit, sive etiam inundatione 37 aquae aut arboribus turbine 38 dejectis longe minor 39 aut deterior esse coeperit: emptoris damnum est, cui necesse 40 est, licet rem non fuerit nactus, pretium solvere. Quidquid enim 41 sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed & si post emptionem fundo aliquid 42 per alluvionem accesserit, ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum ejus esse debet, cujus periculum est. Quod si fugerit homo, qui venit, aut subreptus fuerit, ita ut neque dolus, neque culpa venditoris intervenerit: animadvertendum 43 erit, an custodiam ejus usque ad traditionem venditor susceperit. Sane enim si susceperit, ad ipsius periculum is casus pertinet: si non susceperit, securus est. Idem & in ceteris animalibus, ceterisque rebus intelligimus. Uti tamen vindicationem rei & conditionem exhibere 44 debet emptori: quia sane, qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti & damni injuria actione 45. §. 4. Emptio 46 tam sub conditione 47, quam pure contrahi potest 48: sub conditione, veluti, Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot 49. §. 5. Loca sacra vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustra quis 50 sciens emit: quae tamen si pro profanis vel privatis, deceptus a venditore quis emerit, habebit actionem ex empto, quod 51 non habere ei liceat, ut consequatur 52, quod sua interest eum deceptum non esse. Idem juris est, si 53 hominem liberum pro servo emerit.

TIT. XXV.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE 54.

- Collatio emptionis & locationis. De mercedis conventionione. 1. De mercede collata in arbitrium alienum. 2. In quibus rebus consistit. 3. De emphyteusi. 4. De forma alicui facienda ab artifice. 5. Quid praestare debet conductor. 6. De morte conductoris.

Locatio & conductio proxima 55 est emptioni & venditioni, iisdemque juris regulis consistit. Nam ut emptio & venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit: sic & locatio & conductio ita contrahitur, si merces constituta sit: & competit locatori quidem locati actio, conductori 56 vero conducti. §. 1. Et quae supra diximus, si alieno arbitrio pretium promissum fuerit: eadem & de locatione & conductione dicta esse intelligimus, si 57 alieno arbitrio merces promissa fuerit. Qua de causa si fulloni polienda curandave, aut sarcinatori facienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit: non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio praescriptis 58 verbis datur. §. 2. Praeterea sicut vulgo quaerebatur, an permutatis 59 rebus emptio & venditio contraheretur? ita quaeri solebat de locatione & conductione: si forte rem aliquam utendam sive fruendam tibi aliquis dederit 60: & invicem a te utendam sive fruendam aliam [ rem ] acceperit. Et placuit, non esse locationem & conductionem: sed proprium genus contractus: veluti 61 si cum unum bovem quis haberet, & vicinus ejus unum, placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent: & apud alterum [ alterius ] bos perierit: neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio: quia non fuit commodatum gratuitum 62: verum praescriptis verbis agendum est. §. 3. Adeo autem aliquam familiaritatem 63 inter se videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio: ut in quibusdam causis quaeri solet, utrum emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio? ut ecce, de praediis, quae perpetuo 64 quibusdam fruenda traduntur: id est, ut quamdiu 65 pensio sive redditus pro his domino

54 L. 19. D. 2. Lib. 4. C. 65. & 11. 70. 2. Paul. sent. 18. & 3. Harm. 8. 55 l. 2. ff. h. t. 56 l. 15. in pr. ff. eod. 57 l. 25. in pr. ff. eod. 58 l. 22. in fin. ff. de praes. verb. Goth. Dicitur praescriptis verbis eo quod praetor haec formulam non ex editio suo sumebat; sed litigatores verba ei praescribent, secundum quae iudicium dabatur, quae etiam vocatur actio in factum, quod ex facto concipiunt. Anf. 59 Permutatis rebus sine pecunia olim consistebat emptio & venditio, ut hic, per contrarium permutationis, cum pecunia esse potest, l. 25. ff. de jur. der. dixi ad l. ult. ff. de condit. causa data. 60 v. l. 1. §. 1. ff. de praes. verb. 61 l. 17. §. si cum bovem. 3. ff. de praes. verb. 62 §. 2. ff. quib. mod. re cont. oblig. Anf. 63 l. 19. l. 20. ff. de act. empt. v. l. 2. §. 1. ff. h. t. 64 Quod tempore Justiniani in Gothicis & Vandalicis bellis creto usque venire necesse fuit, unde perpetua conductio, l. 70. C. eod. & jus perpetuum appellatum, l. 1. C. de off. Com. sac. pal. l. 1. 2. 3. C. de locat. praed. ad longum tamen tempus heri potest, l. ult. ff. de testib. l. 1. §. quia autem. ff. de superficib. l. 1. ff. si ager vestigial. 65 In rebus ecclesiasticis biennio, c. potuit. ext. de loc. in privatis triennio, l. 3. C. de iure emphyt. Quid si eo tempore elapso dominus pensionem recepit, poteritne emphyteutam d. cere? non poterit, nisi jus id sibi exceperit: vel nisi Emphyteuta rem deteriore reddidit vel alienavit. Schoid.

praestetur,

præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi ejus, cuive conductor herese ejus id prædium vendiderit, aut donaverit, aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienaverit, auferre liceat: Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & a quibusdam locatio, a quibusdam venditio existimabatur: lex Zenoniana<sup>1</sup> lata est, quæ emphyteusos contractus propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis<sup>2</sup> pactionibus fulciendam: & si quidem aliquid pactum fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis esset contractus: sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum, tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum; sin autem particularis, ad emphyteuticarium hujusmodi damnum venire. Quo jure utimur<sup>3</sup>. §. 4. Item quæritur, si cum<sup>4</sup> aurifice Titius convenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: utrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi: operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantum emptionem & venditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubium non est, quin locatio & conductio sit. §. 5. Conductor [autem] omnia secundum<sup>5</sup> legem conductionis facere debet<sup>6</sup>, & si quid in lege prætermisum fuerit, id ex bono & æquo præstare<sup>7</sup>. Qui pro usu aut vestimentorum, aut argenti, aut jumenti, mercedem aut dedit, aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus<sup>8</sup> paterfamilias suis rebus adhibet: quam si præstiterit, & aliquo casu [fortuito<sup>9</sup> eam] rem amiserit, de restituenda ea non tenebitur. §. 6. Mortuo conductore intra tempora conductionis, heres ejus eodem<sup>10</sup> jure in conductione<sup>11</sup> succedit<sup>12</sup>.

## TIT. XXVI.

DE SOCIETATE<sup>13</sup>.

*Divisio a materia.* 1. De partibus lucris & damni. 2. De partibus inæqualibus. 3. De partibus expressis in una causa. 4. Quibus modis societas solvitur. De renunciatione. 5. De morte. 6. De fine negotii. 7. De publicatione. 8. De cessione bonorum. 9. De dolo & culpa a socio præstandis.

Societatem coire solemus aut<sup>14</sup> totorum<sup>15</sup> bonorum, quam Græci specialiter *κοινωνία*<sup>16</sup> appellant: aut unius<sup>17</sup> alicujus negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique. §. 1. Et quidem si nihil de partibus lucris & damni nominatim convenerit: æquales<sup>18</sup> sc. partes & in lucro & in damno spectantur. Quod si expressæ fuerint [partes]: hæc servari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat conventio, si duo inter se pacti sint, ut ad unum quidem duæ partes & lucris & damni pertineant, ad alium tertia. §. 2. De illa sane conventionem quæsitum est, si Titius & Seius inter se pacti sint, ut ad Titium lucris duæ partes pertineant<sup>19</sup>, damni tertia: ad Seium duæ partes damni, lucris tertia: an rata debeat haberi conventio? Quintus Mutius contra naturam societatis<sup>20</sup> talem pactionem esse existimavit, & ob id non esse ratam habendam. Servius Sulpitius (cujus sententia prævaluit) contra sensit<sup>21</sup>: quia sæpe quorundam ita pretiosa est opera in societate, ut eos justum sit conditione meliore in societatem admitti. Nam & ita<sup>22</sup> coiri posse societatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat<sup>23</sup>, alter non conferat: & tamen lucrum inter eos commune sit: quia sæpe opera alicujus pro<sup>24</sup> pecunia valet. Et adeo contra Quinti Mutii sententiam obtinuit, ut illud quoque constiterit, posse convenire, ut quis lucris partem ferat, de damno<sup>25</sup> non teneatur: quod & ipsum Servius convenienter [sibi] fieri existimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut si in alia re lucrum, in alia damnum illarum sit: compensatio facta, solum, quod superest, intelligatur lucro esse. §. 3. Illud expeditum est, si<sup>26</sup> in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro vel in solo damno: in altera vero omiffa; in eo quoque, quod prætermisum est, eandem partem servari.

§. 4. Manet autem societas eo usque, donec<sup>27</sup> in eodem consensu<sup>28</sup> perseveraverint. At cum aliquis renunciaverit societati, solvitur societas. Sed plane si quis callide in hoc renunciaverit societati, ut obveniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset relictus, in hoc renunciaverit societati, ut hereditatem solus lucrificaret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucrificaverit, quod non captaverit: ad ipsum solum pertinet. Ei vero, cui renunciatum est, quidquid omnino post renunciatam societatem acquiritur, soli<sup>29</sup> conceditur. §. 5. Solvitur adhuc societas etiam morte<sup>30</sup> socii<sup>31</sup>: quia qui societatem contrahit, certam personam sibi eligit: sed & si consensu plurium societas contracta sit, morte unius socii solvitur, etsi plures supersint, nisi in eorundem societate aliter convenerit. §. 6. Item si alicujus rei contracta societas sit, & finis negotio impositus est; finitur societas.

I v. l. i. C. de jure Emphyt. 2 l. 2. d. t. 3 l. 2. C. de jure Emphyt. Anf. 4 l. 2. §. 1. ff. h. t. §. 1. l. 20. ff. de cont. empt. 5 l. 25. §. conductor ff. h. t. l. 19. C. eod. Goth. adde l. 9. §. 2. l. 11. §. 4. ff. locat. Anf. 6 Potest autem rem alteri locare. l. 6. C. h. t. 7 l. 17. C. h. t. Anf. 8 l. 25. §. pen. ff. locat. §. 16. Infit. de oblig. qua ex delict. Quod singulare est & contra l. contractus. 23. ff. de reg. jur. §. 1. §. 1. ff. nau. caution. ff. Anf. 9 l. 28. C. h. t. 10 Quamvis conductor non sit. l. 60. §. 1. D. locati. 11 l. 10. C. eod. 12 An, quando, quibus ex causis, & a quibus conductor ante finitum tempus locationis expelli possit, v. l. 3. C. eod. An invito locatore impune migrare, v. l. 27. in fin. ff. eod. An & quomodo ob causam sterilitatis, pestis, belli & similibus, remissionem pensionis petere possit, v. l. 15. §. 2. vers. Labco. s. l. 25. §. 6. ff. eod. 13 Lib. 17. D. 2. Lib. 4. C. 37. Paul. 2. sent. 16. §. 3. Harmen. 10. 11. 14 l. 5. ff. h. t. 15 Hæc societas jus fraternitatis inducit. l. 63. in princ. D. eod. 2. Cajus 9. §. 17. 16 Al. *κοινωνία*. 17 Hanc venaliciarii ineunt. l. 65. in fin. princ. D. pro socio. l. 44. §. 1. D. de adil. edict. 18 l. 29. in pr. ff. h. t. 19 Etia inæquales, l. 30. D. eod. 20 Quæ jus quoddam fraternitatis in se habet. l. 63. in pr. D. eod. 21 Imo idem, d. l. 30. sic igitur restituo: Et ob id non esse ratam habendam Serv. Sulpitius sensit, cui sententia contraria prævaluit, quia sæpe, &c. Welenb. tamen sic interpretatur: contra sensit, inquit, non in genere & quoad regulam: sed in specie, quoad exceptionem. 22 Non est captiosa aut iniqua societas, ubi alter corpus, alter disciplinam in societatem confert. Cicero pro Roscio Amerino. 23 l. 1. C. eod. 24 l. 1. C. eod. l. 5. §. 1. l. 52. §. utrum. 2. ff. eod. 25 Pecunia sc. a socio collata, cum satis ei sit, operas suas perdere: quod locum non habebit in eo, qui pecuniam conferret. v. Andr. Gail. 2. observ. 34. 26 Quæ pars in lucro damnove definita est, eadem & in altero definita esse intelligitur. Hotom. 27 l. 4. l. 63. §. societas. l. 65. §. diximus. 3. D. eod. l. 5. C. eod. 28 Societas solvitur voluntate, nimirum quoties socii renunciant, aut separatim sibi quisque negotiari incipit. 3. Harm. 11. §. 4. adde 2. Ca-

§. 7. Publicatione<sup>32</sup> quoque distrahi societatem manifestum est: scilicet si universa bona publicentur. Nam cum in ejus locum alius succedat, pro mortuo habetur. §. 8. Item si quis ex sociis mole debiti prægravatus, bonis suis cefferit<sup>33</sup>, & ideo propter publica aut privata debita substantia ejus veneat<sup>34</sup>, solvitur societas: sed hoc casu, si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.

§. 9. Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione<sup>35</sup>, si quid dolo commiserit, sicut is, qui deponi<sup>36</sup> apud se passus est: an etiam culpæ, id est, desidæ atque negligentia nomine, quæsitum est? Prævaluit tamen etiam<sup>37</sup> culpæ<sup>38</sup> nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere [socium] qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi adsumit; de se queri, sibi que hoc imputare debet.

## TIT. XXVII.

DE MANDATO<sup>39</sup>.

*Divisio a fine.* 1. Si mandantis gratia mandetur. 2. Si mandantis & mandatarii. 3. Si aliena. 4. Si mandantis & aliena. 5. Si mandatarii & aliena. 6. Si mandatarii. 7. De mandato contra bonos mores. 8. De executione mandati. 9. Quibus modis mandatum solvitur. De revocatione. 10. De morte. 11. De renunciatione. 12. De die & conditione. 13. De mercede.

Mandatum contrahitur quinque<sup>40</sup> modis: five sua tantum gratia aliquis tibi mandet, five sua & tua, five aliena tantum, five sua & aliena, five tua & aliena. At si tua tantum gratia mandatum sit, supervacuum est mandatum: & ob id<sup>41</sup> nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur. §. 1. Mandantis [autem] gratia intervenit mandatum: veluti si quis tibi mandet<sup>42</sup>, ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei emereres, vel ut pro eo sponderes. §. 2. Tua gratia & mandantis: veluti si mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei, qui in rem ipsius mutaretur, aut si volente te agere cum eo ex fidejussoria causa, mandet tibi<sup>43</sup>, ut cum reo agas, periculo mandantis, vel ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget in id, quod tibi debuerat. §. 3. Aliena autem [tantum] causa intervenit mandatum: veluti si tibi aliquis mandet, ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emereres<sup>44</sup>, vel ut pro Titio sponderes. §. 4. Sua & aliena: veluti si de communibus suis & Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut sibi & Titio fundum emereres, vel ut pro eo & Titio sponderes.

§. 5. Tua & aliena: veluti si tibi mandet, ut Titio sub usuris crederes: quia si sine usuris pecuniam crederes, aliena tantum gratia intercedit mandatum. §. 6. Tua<sup>45</sup> tantum gratia intervenit mandatum: veluti si tibi mandet, ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces, quam fœneres: vel ex diverso, ut pecunias tuas fœneres potius, quam in emptiones prædiorum colloces. Cujus generis mandatum, magis consilium, quam mandatum est<sup>47</sup>: & ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio mandati obligatur<sup>48</sup>, etiam si non expedit ei, cui mandabatur: cum liberum cuique sit apud se explorare, an sibi expedit consilium. Itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emereres, vel eam crederes: quamvis non expedit eam tibi emisse vel credidisse, non tamen tibi mandati teneatur<sup>49</sup>. Et adeo hæc ita sunt, ut quæsitum sit, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut pecuniam Titio fœnerares? sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum: quia<sup>50</sup> non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset. §. 7. Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod<sup>51</sup> contra bonos mores est: veluti si Titius de furto, aut [de] damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi: licet enim pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem<sup>52</sup>. §. 8. Is, qui exequitur mandatum, non<sup>53</sup> debet excedere fines mandati<sup>54</sup>. Ut ecce, si quis usque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emereres, vel ut pro Titio sponderes: neque pluris emere debes, neque<sup>55</sup> in ampliorum pecuniam fidejubere: alioqui non habebis cum eo mandati actionem: adeo quidem, ut Sabino & Cassio placuerit, etiam si usque ad centum aureos cum eo agere volueris, inutiliter te acturum. [Sed] diversæ scholæ auctores recte usque ad centum aureos te acturum existimant, quæ sententia sane benignior est<sup>56</sup>. Quod si minoris emeris, habebis sc. cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, ut sibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandasse intelligitur, ut minoris (si possit) emeretur. §. 9. Recte quoque mandatum contractum, si dum<sup>57</sup> adhuc integra res sit, revocatum fuerit, evanescit.

§. 10. Item si adhuc integro mandato, mors<sup>58</sup> alterutrius interveniat, id est, vel ejus qui mandaverit, vel illius, qui mandatum susceperit, solvitur<sup>59</sup> mandatum. Sed utilitatis causa receptum est, si eo mortuo, qui tibi mandaverat, tu<sup>60</sup> ignorans<sup>61</sup> eum decessisse, executus fueris mandatum: posse te agere mandati actione. Alioqui justa & probabilis ignorantia tibi damnum adferret. Et huic simile est, quod placuit, si

jur. 9. §. 18. 29 l. 65. §. item qui societatem. 6. ff. eod. 30 Societas solvitur personis interuentibus, veluti uno sociorum mortuo vel damnato, vel relegato, vel publicato. Harm. d. loco. 31 l. 4. §. 59. 60. §. 3. ult. l. 65. §. morte. D. eod. 32 Societas solvitur rebus interuentibus, hoc est, aut nullis relictis, aut conditione earum mutata, utpote consecratis vel publicatis. Harm. ibi. l. 65. in fin. l. 65. §. publicatione. 12. ff. eod. l. 1. in pr. D. de bonis damnat. 33 l. 4. §. 1. in verb. egestate. l. 65. §. 1. ff. h. t. Item si quis fuit insolvens. Vid. Benven. Strach. de Decretorib. §. Circa tertiam. num. 47. 48. Anf. 34 l. 65. §. 1. D. eod. 35 De qua l. 31. 32. 72. D. eod. 36 §. 3. Quis. mod. re contrah. obi. Anf. 37 l. 52. §. utrum. 2. l. 72. D. h. t. 38 Non tantum doli & furti. l. 45. l. 51. ff. eod. 39 Lib. 17. D. 1. Lib. 4. C. 35. & Paul. §. sent. 15. 40 l. 2. ff. h. t. 41 l. 47. D. de reg. jur. 42 l. 2. §. 1. D. h. t. 43 l. 32. §. ea. D. de proc. 44 v. l. 22. §. 2. ff. h. t. 45 l. 6. §. 4. ff. eod. 45 l. 2. in fin. D. eod. 47 Mandatum pars quedam imperii est: consilium rem arbitrio consultius permittit. Hotom. 48 §. 11. Infit. de oblig. qua ex delict. Anf. 49 Ut qui id faciat, cum stulticia sua potius ledatur, quam alieno consilio sibi non alii id imputare debeat. §. ult. §. de societate. 50 l. 6. §. plane. l. 32. ff. h. t. 51 l. 6. §. rei turpis. l. 22. §. qui adem. ff. eod. l. 35. §. veneni mali. 2. D. de contr. empt. 2. Cajus 9. §. 19. ibi: *dammodo honestum, nam si contra bonos mores*. l. 12. §. 11. ff. h. t. 52 l. 22. §. 6. ff. eod. Anf. 53 l. 5. in pr. D. eod. 54 Ut & formæ in mandato. 2. Cajus 9. §. ult. §. 3. 4. D. eod. 55 Quippe majori summa minor inest. §. 5. §. de inutil. stipul. l. 1. §. 4. ff. de verb. oblig. 57 l. 12. §. si mandaverit. l. 15. D. h. t. 58 v. l. 26. in pr. ff. eod. 59 Fallit, si mandatum fuit alicui, ut dotem solveret. arg. l. 9. §. 1. D. de jur. dot. aut aliquid ad piam causam pertinens. Bald. in l. mandatam. 15. C. mandati. v. Franciscum Cremenfem, singul. 143. idem, si mandator necessitate cogebatur mandatum exequi. Marfil. singular. 44. 60 v. l. 58. in pr. ff. h. t. 61 v. l. 12. §. 2. D. de solutionib. debitores

debitores manumisso dispensatore Titii, per ignorantiam liberti solverint, liberari eos, cum alioqui stricta juris ratione non possent liberari, quia alii solvissent, quam cui solvere debuerint. §. 11. Mandatum non suscipere, cuilibet liberum est; susceptum autem confirmandum est, aut quamprimum renunciandum, ut per semetipsum aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renunciatur, ut integra causa mandatori reservetur eandem rem explicandi, nihilominus mandati actio locum habet; nisi iusta causa intercesserit, aut non renunciandi, aut intempestive renunciandi. §. 12. Mandatum & in diem differri, & sub conditione fieri potest. §. 13. In summa sciendum est, mandatum, nisi gratuitum sit, in aliam formam negotii cadere. Nam mercede constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (ut generaliter dicamus) quibus casibus sine mercede suscepto officio, mandati sive depositi contrahitur negotium; iis casibus interveniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo si ulloni polienda curandave quis dederit vestimenta, aut sarcinatori faciendave, nulla mercede constituta, neque promissa, mandati competit actio.

## TIT. XXVIII.

## DE OBLIGATIONIBUS, [QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR].

Continuatio. 1. De negotiorum gestione. 2. De tutela. 3. De rei communi. 4. De hereditatis communi. 5. De aditione hereditatis. 6. De solutione indebiti.

Post genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur, sed tamen, quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur. §. 1. Igitur cum quis negotia absentis gesserit: ultro citroque inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negotiorum gestorum: sed domino quidem rei gestæ adversus eum, qui gessit, directa competit actio: negotiorum autem gestori contraria. Quas ex nullo contractu proprie nasci, manifestum est: quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit. Ex qua causa ii, quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque utilitatis causa receptum est: ne absentium, qui subita testatione coacti, nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, delererentur negotia, quæ sane nemo curaturus esset: si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui utiliter gessit negotia, dominum habet obligationem negotiorum gestorum: ita & contra iste quoque tenetur, ut administrationis reddat rationem. Quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur reddere rationem, nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modo alius diligentior [eo] commodius administraturus esset negotia. §. 2. Tutores quoque, qui tutelæ iudicio tenentur, non proprie ex contractu obligati [esse] intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur) sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutæ sunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: sed & contra tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus eius obligaverit. §. 3. Item si inter aliquos communis res sit sine societate: veluti quod pariter eis legata donatave esset, & alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo iudicio, quod solus fructus ex ea re perceperit, aut quod socius eius solus in eam rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu proprie obligatus esse: quippe nihil inter se contraxerunt: sed quia ex maleficio non tenentur: quasi ex contractu teneri videntur. §. 4. Idem juris est de eo, qui coheredi familiæ eriscundæ iudicio ex his causis obligatus est. §. 5. Heres quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur: (neque enim cum herede, neque cum defuncto ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest) & tamen quia ex maleficio non est obligatus, quasi ex contractu debere intelligitur.

§. 6. Item is, cui quis per errorem non debitum solvit, [quasi ex contractu debere videtur]. Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus [esse], ut si certior rationem sequamur, magis (ut supra diximus) ex distractu, quam ex contractu possit dici obligatus esse: nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, quam contrahat. Sed tamen perinde is, qui accepit, obligatur, ac si mutuum ei daretur: & ideo conditione tenetur. §. 7. Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non debitum solutum sit: sic namque definerunt veteres, ex quibus causis inficiando lis crescit, ex his causis non debitum solutum repeti non posse: veluti ex lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis locum habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem cuique legata fuerant: nostra autem constitutio 22, cum unam naturam omnibus legatis & fideicommissis inducit, huiusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit: sed non omnibus legatariis hoc præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis Ecclesiis & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ, si indebita solvantur, non repetuntur.

1 l. 11. in fin. ff. de pos. 2 l. 5. 22. §. ult. l. 27. §. qui suscepit. ff. h. t. l. 17. §. scit. D. commodati. 3 Directa: de qua l. 22. in fin. D. h. t. de contraria, l. 10. §. idem Labeo. l. 12. in fin. D. cod. 4 Ut in l. 23. 24. 25. ff. eod. Ant. 5 l. 1. §. 3. D. eod. 6 l. 22. D. de præscriptis verb. Goth. Imo licet mandatum non sit gratuitum, non ideo definit esse mandatum. l. 24. l. 26. §. 1. ff. de pos. l. 6. ff. h. t. Possunt enim unius rei plures esse fines, sed subordinati. Wesenb. ff. de pos. num. 8. Ant. 7 l. 5. in pr. ff. de oblig. & act. 8 l. 2. ff. de negot. gest. 9 l. 1. ff. de negot. gest. l. 5. in princ. vers. ideo autem. D. de oblig. & act. 10 l. 5. §. tutela. ff. de oblig. & act. 11 l. 1. §. præterea. l. 6. ff. de cont. tut. l. 2. C. de in litem dando. 12 l. ult. ff. de contraria tutela. 13 Ut quos conjunxit ad societatem non consensus, sed res. l. 25. §. non tantum. 16. in fin. ff. famil. ercisc. l. 15. in pr. ff. de peculio. 14 Cum coherede non contrahimus, sed in eum incidimus. l. 25. §. 16. ff. famil. ercisc. 15 l. 5. §. heres. ff. de obl. & act. 16 l. 5. §. 2. ff. de obligat. & action. 17 Quia adiit, l. 20. ff. de adqu. vel omitt. hered. l. 3. in fin. ff. quib. ex causis in possess. l. 6. in fin. ff. de separat. 18 d. l. 5. §. in quoque. ff. de oblig. & action. 19 l. 4. C. de condic. indebiti. 20 l. 4. C. de lege Aquilia. 21 Ad pias causas, & depositio. §. sed furti. 26. J. de act. 22 Quæ extat l. 2. C. comm. de legat. 23 l. 1. 2. C. comm. de legat. l. 1. ff. de leg. 1. 24 Universalium non specie, ut lib. 3. tit. 18. §. 25 Non dominium, ut lib. 2. tit. 9. §. 26 Lib. 4. C. 27. 27 v. §. 1. §. per quas personas. 28 v. l. 41. ff. de peculio.

INSTITUT.

## TIT. XXIX.

## PER QUAS PERSONAS 24 NOBIS OBLIGATIO 25 ADQUIRITUR 26.

De his, qui sunt in potestate. 1. De bona fide possessis. 2. De serco fructuario, [vel usufruario.] 3. De serco communi.

Expositis generibus obligationum, quæ ex contractu vel quasi ex contractu nascuntur: admonendi sumus, adquire nobis non solum per nosmetipsos, sed per eas quoque personas, quæ in nostra potestate sunt: veluti per servos, & filios nostros: ut tamen, quod per servos [nostros] nobis adquiritur 28, totum nostrum fiat: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit adquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis, & usufructus, quam nostra decrevit constitutio 29: ut, quod ab actione commodum perveniat, hujus usufructum quidem habeat pater, proprietatem autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum Novellæ nostræ 30 constitutionis divisionem 31. §. 1. Item per liberos homines, & alienos servos, quos bona fide possidemus, adquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis: id est, si quid ex operis 32 suis, vel ex re nostra adquirant. §. 2. Per eum quoque servum, in quo usufructum [vel usum] habemus, similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur. §. 3. Communi servum pro 33 dominica parte dominis acquirere, certum est: excepto eo, quod nominatim uni stipulando, aut per traditionem accipiendo illi soli adquirat: veluti cum ita stipulatur, Titio domino meo dare spondes? Sed si domini unius jussu servus fuerit stipulatus: licet antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem 34 res expedita est, ut illi tantum adquirat, qui hoc ei facere jussit, ut supra dictum est.

## TIT. XXX.

## QUIBUS MODIS TOLLITUR 35 OBLIGATIO.

De solutione. 1. De acceptilatione. 2. De Aquiliana stipulatione & acceptilatione. 3. De novatione. 4. De contrario consensu.

Tollitur autem omnis obligatio 36 solutione ejus, quod debetur: vel si quis consentiente creditore, aliud pro alio 37 solverit. Nec interest, quis 38 solvat: utrum ipse, qui debet, an 39 alius pro eo: liberatur enim & alio solvente; sive sciente, sive ignorante debitore, vel 40 invito [eo] solutio fiat. Item si 41 reus solverit: etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fidejussor solverit: non enim ipse solus liberatur 42, sed etiam reus.

§. 1. Item per 43 acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, imaginaria 44 solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, si id velit Titius remittere, poterit 45 sic fieri, ut patiat hanc verba debitore dicere: Quod ego tibi promisi, habesne acceptum? & Titius respondeat, habeo. † Sed & Græce 46 potest acceptilatio fieri: dummodo sic fiat, ut Latinis verbis solet [exigi], ἔχεις δαβῶν δινάκια τῶρα ἰχθῶ δαβῶν, id est, tot denarios acceptos habes? acceptos habeo. Quo genere (ut diximus) tantum ex solvuntur obligationes, quæ ex verbis factam obligationem, aliis posse verbis dissolvi. Sed & id, quod alia ex causa debetur 47, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolvi. Sicut autem quod debetur, pro parte recte solvitur 48: ita in 49 parte debiti acceptilatio fieri potest. §. 2. Est [autem] prodita stipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur 50, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, & a Gallo Aquilio ita composita est: Quidquid te mihi ex quacumque causa dare facere oportet, oportebitve, presens, in diemve: quarumcumque rerum mihi tecum actio est: quæque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, eritve 51: quodve tu meum habes, tenes, possides 52, [dolo malo fecisti, quo minus possideas], quanti quæque earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, sponso sit Numerius Nigidius: Quod Numerius Nigidius Aulo Agerio sponso sit, id haberetne a se acceptum, Numerius Nigidius Aulum Agerium rogavit, Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit. §. 3. Præterea novatione tollitur obligatio, veluti si id, quod tibi Seius debebat, a Titio dari stipulatus sis. Nam intervenit novæ 53 personæ nova 54 nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in posteriorem: adeo, ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur: veluti si id, quod tu Titio debes, a pupillo 55 sine tutoris autoritate stipulatus fuerit: quo casu res amittitur: nam & prior debitor 56 liberatur, & posterior obligatio nulla est. Non 57 idem juris est, si a serco quis fuerit stipulatus: nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadem persona sit, a qua postea stipuleris: ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit; forte si 58 conditio aut dies, aut fidejussor adjiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, si conditio adjiciatur, novationem fieri: sic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem 59, si conditio extiterit: alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri novationem 60, cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat; per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, & quædam de hoc præsumptiones alii in aliis casibus

29 l. 6. C. de bonis, qua lib. 30 l. ult. C. de bonis, qua liber. quæ ideo sic dicitur, quod lata fuit priore Codice edito; postea vero inserta fuit posteriori Codici. 31 v. l. 1. C. de rei vindicat. 32 Ulp. tit. 19. §. 20. 33 v. l. 45. ff. de adquir. rer. dom. 34 l. ult. C. per quas personas.

35 Lib. 26. D. 3. 4. Lib. 9. C. 43. 44. 36 l. 107. ff. de solutione. Goth. Quibus modis tollatur obligatio, vide apud Joan. Modinam. tract. de reb. restit. quest. 3. Ant. 37 Puta pecora, res, operas, v. l. 17. C. de solut. alias non est cogendus creditor alia forma numerum accipere. l. 29. ff. de solut. 38 l. 104. ff. de verb. obl. 39 l. 56. 64. 66. ff. de sol. l. 5. l. 17. C. de solut. 40 v. l. 23. ff. de solut. 41 l. 38. §. de peculio. ff. de solut. 42 l. 36. ff. de fidejussor. 43 l. 1. ff. de acceptil. 44 l. 5. ff. de accept. 45 v. l. 8. §. acceptum. & §. ult. ff. de acceptil. 46 l. 8. in fin. ff. de acceptil. 47 v. l. ult. C. de acceptil. 48 v. l. 9. ff. de acceptil. Vide Zanger. de except. part. 3. c. 2. n. 15. 49 d. l. 9. & l. 10. ff. de acceptil. 50 v. l. 13. §. 1. ff. de acceptil. 51 In diem vel ius conditione, l. 16. ff. de solut. l. 12. ff. de acceptil. 52 Habere generale verbum est: Tenere facti: Possidere juris. l. 38. in pr. ff. de verb. obl. 53 l. 1. ff. de novat. 54 Id est, delegatione, v. l. 2. C. de novat. 55 l. 20. in fine. ff. de novat. 56 v. l. 19. ff. de reg. jur. 57 l. 30. §. pen. ff. de passis. 58 v. l. 14. ff. de novationibus. 59 v. l. 14. in pr. ff. de novat. 60 v. l. 2. §. 1. ff. de novat.

F

bus

bus introducebant: ideo nostra<sup>1</sup> processit constitutio, quæ apertissime definit, tunc solum novationem prioris obligationis fieri<sup>2</sup>, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt: alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio secundum nostræ constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere. §. 4. Hoc amplius, eæ

1 l. 8. seu ult. C. de novat. 2 Hodie igitur stipulata usuræ pacto simplici non differrentur: quod tamen extat in l. 40. in fin. ff. de reb. cred. 3 v. l. 3. ff. de rescind. vendit. & l. 80. ff. de solution. excipe matrimonium. 4 v. l. 35. ff. de reg. jur. 5 l. 2. ff. de rescindenda vendit. 6 v. l. 80. in fin. ff. de solut.

obligationes, quæ consensu contrahuntur<sup>3</sup>, contraria<sup>4</sup> voluntate dissolvuntur. Nam si Titius & Seius inter se consenserint, ut fundum Tusculanum emptum Seius haberet centum aureis: deinde re nondum secuta<sup>5</sup>, id est, neque pretio soluto, neque fundo tradito, placuerit inter eos ut discederetur ab ea emptione & venditione: invicem liberantur. † Idem<sup>6</sup> est in conductione & locatione, & in omnibus contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut jam dictum est<sup>7</sup>.

7 Adde ultra superiores quinque modos tollendæ obligationis ipso jure, compensationem, §. in bona fid. 30. J. de act. confusionem hereditatis, l. 50. ff. de fidejuss. obligationem, depositionem, & consignationem pecuniæ, l. 19. C. de solut. deportationem, l. 47. ff. de fidejuss. Chirographi redditionem, l. 7. ff. de passu.

# INSTITUTIONUM, SEU ELEMENTORUM D. JUSTINIANI SACRATISSIMI PRINCIPIS, LIBER QUARTUS.

## TIT. I.

### DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ EX DELICTO NASCUNTUR.

Continuatio & divisio obligationum ex delicto. 1. De furto. Ejus definitio. 2. Etymologia. 3. Divisio. 4. De furto concepto, oblato, prohibito, & non exhibito. 5. Pœna. 6. Quomodo furtum fit. De contractatione. 7. De affectu furandi. 8. De voluntate domini. 9. Quorum rerum furtum fit. De liberis hominibus. 10. De re propria. 11. Qui tenentur furti. De eo cujus ope, consilio furtum factum est. 12. De his qui sunt in potestate: & ope, ac consilio extranei. 13. Quibus datur actio furti. 14. De pignore subrepto creditori. 15. De re furtiva, vel sarcinatori, vel bonæ fidei emptori subrepta. 16. De re commodata. 17. De re deposita. 18. An impubes furti teneatur. 19. Quid veniat in hæc actionem, & de affinibus actionibus.

**Q**UUM sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu, [ & quasi ex contractu ]: sequitur, ut de obligationibus ex maleficio, [ & quasi ex maleficio ] dispiciamus. Sed illæ quidem (ut suo loco tradidimus) in quatuor genera dividuntur: hæc vero unius generis sunt: nam omnes ex re nascuntur<sup>3</sup>, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, injuria. §. 1. Furtum est contractatio<sup>4</sup> fraudulosa<sup>5</sup>, lucri<sup>6</sup> faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus, possessionisve, quod lege naturali<sup>7</sup> prohibitum est admittere. §. 2. Furtum autem vel a furvo, id est, nigro<sup>8</sup> dictum est, quod clam & obscure fiat, & plerumque nocte: vel a fraude: vel a ferendo, id est, auferendo: vel a Græco sermone, quod *ἄρπες* appellant fures. Imo & Græci a ferendo *ἄρπες* dixerunt. §. 3. Furtorum autem duo sunt<sup>9</sup> genera, manifestum & nec manifestum. Nam conceptum & oblatum, species potius actionis sunt furto coherentes, quam genera furtorum, sicut inferius apparebit. † Manifestus fur est, quem Græci *ἄρπες* appellat: nec<sup>11</sup> solum is, qui in ipso furto deprehenditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo [furtum] fit: veluti qui in domo furtum fecit, & nondum egressus januam deprehensus fuerit; & qui in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtum fecit, quamdiu in eo oliveto aut vineto deprehensus fuerit. Imo ulterius furtum manifestum est extendendum, quamdiu eam rem fur tenens visus vel deprehensus fuerit: sive in publico, sive in privato: vel a domino, vel ab alio, antequam<sup>12</sup> eo pervenerit, quo deferre<sup>13</sup> vel deponere destinasset. Sed si pertulit, quo destinavit, tamen deprehendatur cum re furtiva, non est manifestus fur. † Nec manifestum furtum quid sit, ex iis quæ diximus intelligitur<sup>14</sup>: nam quod manifestum non est, id scilicet nec manifestum est. §. 4. Conceptum<sup>14</sup> furtum dicitur, cum apud aliquem testibus presentibus furtiva res quæsitæ<sup>16</sup> & inventa sit: nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti. † Oblatum<sup>17</sup> furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit: utique si ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius, quam apud eum qui dedit, conciperetur<sup>18</sup>: nam tibi apud quem concepta sit, propria adversus eum qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblato. † Est etiam prohibiti furti actio adversus eum, qui furtum quærere testibus presentibus volentem prohibuerit<sup>19</sup>. † Præterea pœna constituitur Edicto Prætoris per actionem furti non exhibiti adversus eum, qui furtivam rem

apud se quæsitam & inventam non exhibuit. † Sed hæc actiones, scilicet concepti & oblato, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti in desuetudinem abierunt. Cum enim requisitio<sup>20</sup> rei furtivæ hodie secundum veterem<sup>21</sup> observationem non fiat: merito ex consequentia etiam præfata actiones ab usu communi recesserunt: quum manifestum sit, quod omnes, qui scientes rem furtivam susceperint<sup>22</sup>, & celaverint, furti nec manifesti obnoxii sunt. §. 5. Pœna manifesti furti, quadrupli<sup>23</sup> est, tam ex servi, quam ex liberi persona: nec manifesti, dupli. §. 6. Furtum autem fit, non solum cum quis intercepti causa rem alienam amovet: sed generaliter cum quis alienam rem invito domino contractat. Itaque sive creditor<sup>24</sup> pignore, sive is, apud quem res deposita est, ea re utatur: sive is, qui rem utendam accepit, in alium usum eam transferat, quam cujus gratia ei data est, furtum committit: veluti si quis argentum utendum acceperit, quasi amicos ad cœnam invitaturus, & id peregre secum tulerit: aut si quis equum gestandi causa commodatum sibi longius<sup>25</sup> aliquo duxerit: quod veteres<sup>26</sup> scripserunt de eo, qui in aciem equum perduxisset. §. 7. Placuit tamen, eos qui rebus commodatis aliter uterentur, quam utendas acceperint, ita furtum committere: si<sup>27</sup> se intelligant id invito domino facere, eumque, si intellexisset, non permissurum: at si permissurum credant, extra crimen videri, optima sane distinctione: quia furtum sine<sup>28</sup> affectu furandi non committatur. §. 8. Sed & si credat aliquis invito domino se rem commodatam sibi contractare<sup>29</sup>, domino autem volente id fiat, dicitur furtum non fieri. † Unde illud quæsitum est, cum Titius servum Mævii sollicitaverit, ut quasdam res domino subriperet, & ad eum perferret, & servus eas ad Mævium pertulerit: Mævius [autem] dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo quasdam res ad eum perferre: utrum furti, an servi corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorum prudentium super hoc altercationes perspeximus, quibusdam neque furti, neque servi corrupti actionem præstantibus, quibusdam furti tantummodo: nos hujusmodi calliditatem oviam euntes, per nostram decisionem<sup>30</sup> sancimus, non solum furti actionem, sed & servi corrupti contra eum dari. Licet enim [is] servus deterior [a sollicitatore] minime factus est, & ideo non<sup>31</sup> concurrant regulæ quæ servi corrupti actionem introducunt: tamen consilium corruptoris ad perniciem probitatis servi introductum est, ut sit ei pœnalis actio imposita, tanquam [si] re ipsa fuisset servus corruptus: ne ex hujusmodi impunitate & in alium servum, qui facile posset corrumpi, tale facinus a quibusdam perpetraret. §. 9. Interdum<sup>32</sup> etiam liberorum hominum furtum fit: veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit. §. 10. Aliquando autem etiam suæ rei furtum quis committit: veluti si debitor rem<sup>33</sup> quam creditori pignoris causa dedit, subtraxerit.

§. 11. Interdum [quoque] furti tenetur qui ipse furtum non fecit; qualis est is, cujus<sup>34</sup> ope & consilio furtum factum est. In quo numero est, qui<sup>35</sup> tibi nummos excussit, ut alius eos raperet: aut tibi obtulerit, ut alius rem tuam exciperet, aut oves tuas, vel boves fugaverit, ut alius eas acciperet: & hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugavit<sup>36</sup> armentum. Sed si quid eorum per lasciviam<sup>37</sup>, & non data opera, ut furtum admitteretur, factum est: in<sup>38</sup> factum actio dari debet. At ubi ope Mævii Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. Ope<sup>39</sup>, & consilio ejus quoque furtum admitti videtur, qui scalas forte fenestris

1 Hic de furtis agit, 47. D. 2. L. 6. C. 2. Paul. 2. sent. 31. 2 Ex his verbis constat, initium quarti libri Institutionum hic inchoari. 3 Seu peccato, l. 4. §. 1. ff. de oblig. & act. Goth. Excipe injuriam quæ verbis fit, l. aut facta. ff. de panis. Anf. 4 l. 1. in fin. D. de furt. Goth. Et quidem corporalis, l. 75. ff. de furt. & mobilis, §. 7. Instit. de usufruct. Anf. 5 Mente & factio, l. 41. in fin. ff. ad leg. Aquil. §. 50. §. recte. 2. l. 53. ff. de furtis. princ. l. 5. C. de injur. 6 Invito domino, l. 48. §. 2. D. de furt. 7 l. 1. in fin. ff. de furt. l. 42. D. de verb. signif. 8 Vide l. 1. in pr. D. de furtis. 9 v. l. 2. D. de furt. Immo quatuor: manifestum, nec manifestum, conceptum, oblatum. Paul. 2. sent. 31. §. 2. 10 l. 3. in pr. ff. cod. 11 Manifestus fur est, qui in ipso furto deprehensus, vel qui non quidem in ipso furto, sed intra terminos ejus loci unde rem subripuit; vel qui deprehensus est, antequam ad eum locum, quem destinaverat, perveniret. 12 l. 3. in fin. l. 4. §. 5. D. cod. Paul. 2. sent. 31. §. 2. 13 Id est, quo destinavit eo die manere cum furto, d. l. 4. 14 Paul. 2. sent. 31. §. 2. in fin. ita definit: Nec manifestus fur est, qui in faciendum quidem deprehensus non est, sed eum furtum fecisse negari non potest. 15 Concepti furti actio is tenetur, apud quem furtum quæsitum & inventum. Is vero concepti agit, qui rem concepti & inventi. Paul. 2. sent. 31. §. 3. & 5. 16 Id est, concepti seu quærendo apprehensa, licet fur non sit. 17 Oblato furti actione tenebatur qui rem furtivam alii obtulerat, ne apud se inveniretur. Is vero agebat pones quem res concepta & inventa. Paul. d. §. 3. & 5. ejus pœna tripli erat & ipsius rei repetitio, Paul. illo loco, §. 13. 11. Gell. 18. adde l. 3. ff. qui satisficere cogant. 18 Id est, inveniretur. 19 l. 1. §. 2. D. de fugitivis. 20 v. l. 1. §. 2. ff. de fugitivis. Anf. 21 Id est, per lancem & licium, 11. Gell. ult. quia qui furtum quærebat in domo aliena, licio cinctus (quod ex Platone 12. de legib.

sumptum videtur: & vero liciores, qui magistratibus apparebant, licio seu lino cinctos fuisse, constat ex 12. Gellii 13.) intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrumfam. & virginum pudorem. Festus. Alii quod sacerdotes licio cincti panem ætære lapide (qui *κατηρῖνος* & fures deprehendit, teste Dioscoride) conditum, in lance ceremonie causa deferentes, ei qui furti suspectus fiebat offerre soliti essent. Alii, quod is ritus esset furti quærendi, sicuti in emptionibus æs & libra solenniter adhibebatur. Alii (Mari. Tat. Alpinus & Balduinus) furco per lancem & licium huiusmodi putant furtum rerum ad sacrificia collectarum, quod eum in finem ministri sacrorum licio cincti, lancem ad eas comportandas geitarent. 22 Vide l. 14. C. de furt. 23 l. 1. §. 3. D. de publican. & veltig. Goth. Es est totum quadrupium pœna, non rei perfectiorum. §. in. hic. pr. Instit. iis. seq. §. 14. vers. plane odio & §. 18. J. de action. 24 l. 54. in princ. ff. de furt. 25 l. 48. ff. cod. Goth. l. 40. l. 76. ff. de furt. l. 5. §. 8. ff. commod. Anf. 26 Scævola & Brutus apud 7. Gell. 15. & 8. Valer. 2. 27 Vide l. 46. §. recte. D. de furt. 28 Vide l. 53. in pr. D. de furtis. 29 d. l. 46. §. pen. 30 l. 21. C. cod. 31 Non concurrunt, quia servus non fuit revera corruptus. l. 1. D. de serv. corrupto. 32 Nec enim mater filii subrepti actionem habet, sed pater: vide l. 37. 38. D. de furt. ut pater ic. l. 14. §. 13. D. de furtis. 33 v. l. 66. in pr. D. cod. Paul. 2. sent. 31. §. 16. 34 l. 50. §. ope. D. cod. Paul. 2. sent. 31. §. 10. 35 Vide l. 52. §. si quis de manu. 13. D. cod. 36 l. 50. in fin. D. de furtis. Taurum color rubicundus excitat. Seneca 2. de Ira, 30. & 2. de Ira, 11. Theophrast. in epistolis: Plutarchus de Alexandri fortuna: Cicero 2. de divinatione. 37 Vel lutum perniciosum, qui impunitus esse non debet, vide l. 10. ff. ad l. Aquil. 38 Vide l. 52. §. 20. ff. de furtis. 39 l. 50. §. 1. ff. de furtis.

supponit: aut ipsas fenestras vel ostium<sup>1</sup> effringit<sup>2</sup> ut alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit, sciens cuius rei gratia commodaverit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum<sup>3</sup> consilium dedit, atque horatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti.

§. 12. Si qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis subripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtivam causam cadit (nec ob id ab ullo ufucapi potest<sup>4</sup>, antequam in domini potestatem revertatur) sed furti actio<sup>5</sup> non nascitur: quia nec ex<sup>6</sup> alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope & consilio alterius furtum factum fuerit: quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope<sup>7</sup> & consilio ejus furtum factum esse. §. 13. Furti autem actio ei competit, cuius<sup>8</sup> interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus interfit rem non perire. §. 14. Unde constat, creditorem<sup>9</sup> de pignore subrepto furti [actione] agere posse, etiam si idoneum debitorem habeat: quia expedit<sup>10</sup> ei pignori potius incumbere, quam in personam agere: adeo quidem, ut quamvis<sup>11</sup> ipse debitor eam rem subriperit, nihilominus creditori competat actio furti. §. 15. Item si fullo<sup>12</sup> polienda curandave, aut farnicator facienda vestimenta mercede certa [constituta] acceperit, eaque furto amiserit: ipse furti habet actionem, non dominus: quia demini nihil interest<sup>13</sup> eam rem non perire, quum iudicio locati a fullone aut farnicatore rem suam persequi possit. Sed & bonæ<sup>14</sup> fidei emptori subrepta re, quam emerit, quamvis dominus non sit<sup>15</sup>, omnino competit furti actio, quemadmodum & creditori. Fullo vero & farnicatori non aliter furti actionem competere, placuit, quam si solvendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationem solvere possint. Nam si solvendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit: ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse. Idem est, & si in parte solvendo fuerit fullo, aut farnicator. §. 16. Quæ de fullone & farnicatore diximus, eadem & ad eum, cui<sup>16</sup> commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo, custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus<sup>17</sup> emendavit: ut in domini voluntate sit: five commodati actionem adversus eum, qui rem commodatam accepit, movere desiderat: five furti adversus eum qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum<sup>18</sup> non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. Sed si quidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit, penitus liberari: si autem commodator veniat adversus eum qui rem utendam accepit, ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem: eum autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem: ita tamen, si dominus sciens rem esse<sup>19</sup> subreptam adversus eum, cui res commodata fuerit, pervenit: si autem nescius & dubitans rem esse subreptam, apud eum commodati actionem instituerit, postea autem re comperta, voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem pervenire: tunc licentia ei conceditur & adversus furem venire, obstaculo nullo ei opponendo: quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum fuerit: tunc enim omnino furem a domino quidem furti actione liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transferit: omnino liberari eum, qui rem commodatam accepit, quemcumque causæ exitum dominus adversus furem habuerit: eadem definitione obtinente, five in parte, five in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam accepit. §. 17. Sed is<sup>20</sup>, apud quem res deposita est, custodiam non præstat: sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo<sup>21</sup> malo fecerit. Quæ de causa si res ei subrepta fuerit: quia restituendæ ejus rei nomine depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem salvam esse, furti agere non potest; sed furti actio domino competit. §. 18. In summa sciendum est, quæsitum esse, an impubes<sup>22</sup> rem alienam amovendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu [furandi] consistit<sup>23</sup>, ita demum obligari eo crimine impubem, si proximus pubertati sit, & ob id intelligat se delinquere. §. 19. Furti<sup>24</sup> actio, five dupli five quadrupli, tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei perfectionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando<sup>25</sup> aut condicendo potest auferre. Sed rei vindicatio quidem adversus possessorem est: five fur ipse possidet, five alius quilibet: condicatio autem adversus turem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit.

## TIT. II.

## DE VI BONORUM RAPTORUM 25.

Origo hujus actionis, & quid in eam veniat. 1. adversus quos. 2. & quibus datur.

1 Imo non tenetur furti, præsertim si meretricis ostium libidinis causa effregit, l. 39. Utunque injuriæ causa effregit, & alius res amoverit, l. 53. in princ. Utunque ferramenta sciens commodaverit ad effringendum, vel scalas ad ascendendum, l. 54. §. pen. D. h. t. 2 l. 54. §. 4. ff. de furtis. 3 l. 36. l. 67. D. de furtis. Consilium enim non obligat. §. 7. Inst. de mandat. Anf. Nisi fuerit fraudulentum, l. 47. ff. de reg. jur. junct. l. 12. ff. ad l. Jul. de adult. l. 36. l. 52. ff. de furt. l. 3. §. 1. & §. 4. ff. ad l. Corn. de fisco. l. 16. Anf. Math. de criminib. cap. 1. n. 7. & seqq. S. L. 4 v. l. 84. D. h. t. 5 v. l. 16. D. eod. 6 Vide l. 4. D. de judiciis. 7 v. l. 36. §. 1. D. de furtis. 8 l. 10. l. 11. l. 12. D. eod. l. ult. in princ. C. eod. 9 d. l. 12. §. sed si res. 10 l. 25. ff. de reg. jur. 11 Vide l. 66. in pr. D. h. t. 12 Vide l. 43. §. si ego. ff. eod. 13 Nisi fullo solvendo non sit, l. 12. ff. eod. 14 l. 20. §. 1. l. 52. §. 10. l. 74. ff. eod. l. 5. C. eod. 15 Et directa in rem actione uti non possit, §. 4. J. de act. 16 v. l. 68. in fin. ff. h. t. 17 v. l. ult. in pr. C. de furt. 18 Quoties duæ competunt ejusdem rei actiones; unius electio alteram consumit, l. 9. §. 1. D. de tributis act. nisi quis sibi unquam competere per errorem fuerit arbitratus, l. 4. in fin. D. quod cum eo. 19 In aliis est, non esse, sic & l. ult. C. de furt. Hotom. Et Cujac. qui ita legit: rem subreptam non esse apud eum, commo- dati actionem instituit: postea autem re comperta voluit remittere. S. L. 20 l. 14. §. si ante- tem apud quem. 3. D. eod. 21 §. pen. §. quib. modis re. & lata culpa quæ dolo fraudare non caret: quam ob id Bartolus dolum præsumptum vocat: vide l. 223. l. 226. D. de verb. signif. 22 v. l. 23. ff. h. t. 23 Et non factum queratur, sed causa faciendi, l. 39. ff. eod. 24 Furti manifesti actio, præter pœnam quadrupli ipsius rei persecutionem genere vindicatiois & conditionis continet, Paul. 2. sent. 31. §. 12. h. e. extra pœnam est rei persecutio, quam aut vindicando aut condicendo dominus potest auferre. 25 v. l. 54. §. 3. ff. eod. 26 Lib. 47. D. 8. Lib. 9. C. 33. 27 l. 2. §. pen. ff. h. t. 28 l. 2. §. caterum. 10.

INSTITUT.

Qui res alienas rapit, tenetur<sup>27</sup> quidem etiam furti (quis enim magis alienam rem invito domino contrectat, quam qui vi rapit? ideoque recte dictum est; eum<sup>28</sup> improbum furem esse): sed tamen propriam actionem ejus delicti nomine Prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum: & est intra annum quadrupli<sup>29</sup>, post annum simpli: quæ actio utilis est, etiam si quis unam<sup>30</sup> rem, licet minimam<sup>31</sup>, rapuerit. Quadruplum autem non totum pœna est<sup>32</sup>, sicut in actione furti manifesti diximus, sed in quadruplo inest & rei persecutio: ut pœna tripli sit, five comprehendatur raptor in ipso delicto, five non. Ridiculum enim<sup>33</sup> esset, levioris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui clam amovet. §. 1. Ita tamen competit hæc actio, <sup>34</sup> si dolo malo quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus, rem<sup>35</sup> suam esse existimans, & imprudens juris, eo animo rapuerit, quasi<sup>36</sup> domino liceat etiam per vim rem suam auferre a possessoribus, absolvi<sup>37</sup> debet. Cui scilicet conveniens est, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia excogitantur, inveniatur via, per quam raptore impune suam exercent avaritiam: melius Di- valibus<sup>38</sup> constitutionibus pro hac parte prospectum est, ut nemini liceat vi rapere vel rem mobilem vel se moventem, licet suam eandem rem existimet: sed si quis contra statuta Principum fecerit, rei quidem suæ dominio cadere: si autem aliena [res] sit, post restitutionem ejus, etiam æstimationem ejusdem rei præstare. Quod non solum in mobi- libus rebus, quæ rapi possunt, constitutiones obtinere censuerunt: sed etiam [in] invasionibus quæ circa res soli fiunt, ut ex hac causa ab omni rapina homines abstant. §. 2. Sane in<sup>39</sup> hac actione non utique expectatur, rem in bonis actoris esse: nam five in bonis sit<sup>40</sup>, five non: si tamen ex bonis sit, locum hæc actio habebit. Quare five<sup>41</sup> locata, five commodata, five etiam pignoriata, five deposita sit [res] apud Titium, sic ut interfit ejus eam rem [per vim] non auferri (velud si in deposita re culpam quoque promisit), five bona fide possideat, five usufructum quis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut interfit ejus non rari: dicendum est, ei competere hanc actionem, non ut do- minium accipiat, sed illud solum [quod] ex bonis ejus, qui rapinam passus est, id est, quod ex substantia ejus ablatum esse proponatur. Et<sup>42</sup> generaliter dicendum est, ex quibus causis furti actio competit in re clam facta, ex eisdem causis omnes habere hanc actionem.

## TIT. III.

## DE LEGE 43 AQUILIA.

Summa. Caput primum. 1. De quadrupede quæ pecudum numero est. 2. De injuria. 3. De casu, dolo, culpa. 4. De jaculatione. 5. De putatione. 6. De curatione reliqua. 7. De imperitia medici. 8. De imperitia aut infirmitate mulionis aut equo vestiti. 9. Quanti damnum æstimatur, & de heredibus. 10. Quid æstimatur. 11. De concursu hu- jus actionis, & capitalis. 12. Caput secundum. 13. Caput tertium. Quod damnum vindicatur. 14. De dolo, & culpa. 15. Quanti da- mum æstimatur. 16. De actione directa, utili, & in factum.

Damni injuriæ actio<sup>44</sup> constituitur per legem Aquilianam<sup>45</sup>, cujus primo capite cautum est, ut si quis alienum hominem<sup>46</sup> alienane quadrupedem, quæ pecudum numero sit, injuria occiderit: quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur. §. 1. Quod autem non præcisè de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cavetur: eo pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tantum, quæ gregatim proprie pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, capræ. † De suisibus<sup>47</sup> quoque idem placuit. Nam & fues<sup>48</sup> pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim pascuntur. Sic denique & Homerus in Odyssæa<sup>49</sup> ait (sicut Ælius Martianus in suis in- stitutionibus refert.)

Δήεις τὸν γε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται  
Πᾶρ Κόρακος πέτην ἐπὶ τε κρήνην Ἀρεθίσσην. id est,  
Sessantem videas, qui errant per pascula porcos  
Ad Coracis saxum, juxta fontemque Arethissam.

§. 2. Injuria autem occidere intelligitur<sup>50</sup>, qui nullo jure occidit. Itaque qui<sup>51</sup> latronem [insidiatorem] occiderit: non tenetur, utique si aliter periculum<sup>52</sup> effugere non potest. §. 3. Ac ne is quidem hac lege tenetur, qui<sup>53</sup> casu occidit, si modo culpa ejus nulla inveniatur: nam alioqui non minus ex dolo quam ex culpa quisque hac lege tenetur. §. 4. Itaque si quis dum<sup>54</sup> jaculis ludit, vel exercitatur, tran- seuntem fervum tuum trajecerit, distinguitur. Nam si id ad milite in eo campo, ubi solitum est exercitari, admissum est, nulla culpa ejus intelli- gitur: si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. Idem juris est de milite, si in alio loco quam qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit. §. 5. Item si putator ex arbore dejecto<sup>55</sup> ramo fervum tuum transeuntem occiderit, si prope viam publicam<sup>56</sup> aut vicinalem<sup>57</sup> id factum est, neque proclamavit<sup>58</sup>, ut casus evitari posset, culpæ

ff. eod. 29 v. l. 3. C. eod. 30 l. 2. §. II. ff. eod. 31 l. 2. §. 2. ff. eod. Nov. 63. c. 1. 32 In hac prætoris actione scilicet, nihilominus tamen etiam furti in eum agi potest, §. eod. & criminaliter, l. 6. in fin. C. ad l. Jul. de vi public. furti vero pecuniaria pœna est. 33 Hæc vox refertur ad illa superiora: five comprehendatur raptor in ipso delicto, five non. non ad illa: non totum pœna est, sicut in actione furti, ac si diceret, cum non distinguitur in hoc delicto, sicut in furto, sicut manifestum necne, raptorem gravius fure puniri constat. v. hæc Theoph. 34 l. 2. §. 2. §. 8. ff. h. t. 35 l. 2. §. 18. ff. eod. l. 21. §. 3. D. de furt. 36 v. l. si quis in tantum. 7. C. unde vi. 37 Vide quæ notavi ad l. 1. in fin. D. de furtis. 38 l. 7. 10. C. unde vi. l. 13. D. quod metus causa. 39 l. 2. §. in hac actione. 22. ff. h. t. 40 Hoc quid sit, v. l. 52. ff. de acquir. rer. dom. 41 De causa bonorum, v. l. 1. §. 10. ff. si is, qui testam. 42 l. 2. §. & generaliter 23. ff. h. t. 43 L. 9. D. 2. L. 3. C. 55. 44 Id est, actio damni culpa aliqua dati, quo alteri in- juria inferitur. 45 Seu plebiscitum Aquilianum, l. 1. ff. h. t. 46 Id est, fervum aut ancillam, l. 2. l. 3. ff. eod. 47 Vide l. 65. §. 4. ff. de leg. 3. 48 l. 65. §. 4. ff. de leg. 3. 49 l. 13. 50 l. 5. l. 49. §. quod dicitur. ff. h. t. l. 1. in pr. D. de injuriis. 51 l. 4. l. 4. §. 5. pen. ff. eod. 52 Hodie nemo tenetur ad fugam. l. 1. C. Quando cuique sine judice. In verb. resistendi. Anf. Christiano tamen, ad arcendam alapam, contumeliâ imag- nam, aut ne fugiatur, interfectionem licitam non esse, recte defendit Grot. de Jure belli, lib. 2. cap. 1. num. 10. Vide porro DD. ad l. ut vim. 3. ff. de Just. & Jure. S. L. 53 Adde l. 42. ff. h. t. 54 l. 9. §. ult. ff. h. t. 55 l. 31. D. eod. l. 7. D. ad l. Corn. de fisco. 56 Quæ & militaris & βασιλική. Theoph. 57 Vide l. 3. D. de locis & itineribus. §. 1. & καὶ μὴ ἀγύρεται. Vicus γὰρ ἢ κώμη. Theoph. 58 Ergo clamandum, ut omnes sibi caveant. Vide Wamell. sentent. 2. consil. civil. §. 1. n. 5. Anf.

reus

reus est: sed si proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator. Æque extra culpam esse intelligitur, si forsum a via forte, vel in medio fundo cædebat: licet non proclamavit: quia [in] eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi. §. 6. Præterea si medicus qui servum tuum secuit, dereliquerit curationem [ejus], & ob id mortuus fuerit servus, culpæ reus erit. §. 7. Imperitia quoque culpæ adnumeratur: veluti si medicus [ideo] servum tuum occiderit, quia male eum secuerit, aut perperam ei medicamentum dederit. §. 8. Impetu quoque mularum, quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, si servus tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio: Sed & si propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior retinere eas potuisset, æque culpa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque, qui cum equo veheretur, impetum ejus aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam suam retinere non potuerit. §. 9. His autem verbis legis, *quanti id eo in anno plurimi fuerit*, illa sententia exprimitur, ut si quis hominem tuum, qui hostie claudus, aut mancus, aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit, non tanti tenetur, quanti hodie erit: sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est poenalem esse hujus legis actionem: quia non solum tanti quisque obligatur, quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris. Ideoque constat in heredem eam actionem non transire, quæ transfusa fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur. §. 10. Illud non ex verbis legis, sed ex interpretatione placuit: non solum perempti corporis æstimationem habendam esse, secundum ea quæ diximus: sed eo amplius quicquid præterea perempto eo corpore, damni vobis illatum fuerit: veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum, ante quis occiderit, quam is, jussu tuo hereditatem adierit: nam hereditatis quoque amissæ rationem esse habendam constat. Item si ex pari mularum unam, vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel ex comædis unus servus occisus fuerit: non solum occisi fit æstimatio, sed eo amplius, id quoque computatur, quanti depretiati sunt qui supersunt. §. 11. Liberum autem est ei cujus servus occisus fuerit, & ex judicio privato legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis criminis [eum reum facere]. §. 12. Caput secundum legis Aquiliæ in usu non est. §. 13. Capite tertio de omni cætero damno cavetur. Itaque, si quis servum vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero est, vulneraverit: si eam quadrupedem, quæ pecudum numero non est, veluti canem aut feram bestiam vulneraverit, aut occiderit; hoc capite actio constituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnum per injuriam datum hac parte vindicatur. Si quid enim usum aut ruptum aut fractum fuerit: actio ex hoc capite constituitur, quanquam poterat sola rupta appellatio in omnes istas causas sufficere. Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum fracta, aut ulla, sed etiam scissa, & collisa, & effusa, & quoquo modo perempta, atque deteriora facta, hoc verbo continentur. Denique responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum, id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumpitur: ex hac parte legis [Aquiliæ] eum teneri. §. 14. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa ejus homo aut quadrupes occisus occisus fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, [et] de cætero damno quemque teneri. [Ex] hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed quanti in diebus XXX proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit. §. 15. At nec plurimi quidem verbum adicitur. Sed Sabino recte placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte plurimi verbum adjectum fuisset. nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuisse, quod prima parte eo verbo usa esset. §. 16. Cæterum placuit, ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipue corpore suo damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent: veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitarit, ut præcipitaretur: aut si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, & is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit: utilis actio in eum datur. Sed si quis alienum servum [aut] de ponte aut de ripa in flumen dejecerit, & is suffocatus fuerit: eo quod projecit, corpore suo damnum dedisse, non difficulter intelligi potest: ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit: sed alio modo alicui damnum contigerit: quum non sufficiat,

neque directa, neque utilis legis Aquiliæ actio, placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti si quis misericordia ductus, alienum servum compeditum solverit, ut fugeret.

TIT. IV. DE INJURIIS 35.

Verbum injuria quot modis accipitur. 1. Quibus modis fit injuria. 2. Qui & per quos injuriam patiuntur. De parente & liberis, viro, uxore, socero & nuru. 3. De servo. 4. De servo communi. 5. De servo fructuario. 6. De eo qui bona fide servit. 7. Poena injuriarum ex L. XII. Tab. & ex jure Prætorio. 8. ex L. Cornelia. 9. De æstimatione atrocis injuria. 10. De judicio civili & criminali. 11. Qui tenentur injuriarum. 12. Quomodo tollitur hæc actio.

Generaliter injuria dicitur omne, quod non jure fit: specialiter, alias contumelia, quæ a contemnendo dicta est, quam Græci ἔβριον appellant: alias culpa, quam Græci ἔνοχλον dicunt, sicut in lege Aquilia damnum injuria datum accipitur, alias iniquitas & injustitia, quam Græci ἀνομία καὶ ἀδικία vocant: cum enim Prætor vel Judex non jure contra quem pronunciat, injuriam accepisse dicitur. §. 1. Injuria autem committitur, non solum cum quis pugno pulsatus, aut fistibus cæsus, aut etiam verberatus erit: sed & si cui convicium factum fuerit, sive cujus bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen, [aut historiam] scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit quo quid eorum fieret: sive quis matremfamilias aut prætextarum, prætextatumve adfectatus fuerit: sive cujus pudicitia attentata esse dicitur, & denique aliis plurimis modis admitti injuriam manifestum est. §. 2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet: itemque per uxorem suam: id enim magis prævaluit. Itaque si filia alicujus, quæ Titio nupta est, injuriam fecerit: non solum filia nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque & mariti nomine. Contra autem, si viro injuria facta sit: uxor injuriarum agere non potest. Defendi enim uxores a viris, non viros ab uxoribus, æquum est. Sed & focer nurus nomine, cujus vir in [ejus] potestate est, injuriarum agere potest. §. 3. Servis autem ipsis quidem nulla injuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis quibus etiam per liberos & uxores: sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum servum [atrociter] verberaverit: & in hunc casum actio proponitur. At si quis servo convicium fecerit, vel pugno eum percussit: nulla in eum actio domino competit. §. 4. Si communi servo injuria facta sit: æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem injurie fieri: sed ex dominorum persona: quia ipsis fit injuria. §. 5. Quod si usufructus in servo Titii est, proprietatem Marvii, magis Marvii injuria fieri intelligitur. §. 6. Sed si libero [homini], qui tibi bona fide servit, injuria facta sit; nulla tibi actio dabitur: sed suo nomine is experiri poterit: nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tunc enim competit & tibi injuriarum actio. Idem ergo est & in servo alieno bona fide tibi serviente: ut totiens admittatur injuriarum actio, quotiens in tuam contumeliam injuria ei facta sit. §. 7. Poena autem injuriarum ex Legge XII. Tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os vero fractum nummarie poenæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea Prætores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam æstimare: ut Judex vel tantum [reum] condemner, quanti injuriam passus æstimaverit; vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed poena quidem injuria, quæ ex Legge XII. Tabul. introducta est, in desuetudinem abiit: quam autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in judiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio injurie, qui gradus condemnationis & in servili persona non immerito servatur: ut aliud in servo actore, aliud in medio actus homine, aliud in vilissimo vel compedito jus æstimationis constituitur. §. 8. Sed & lex Cornelia de injuriis loquitur, & injuriarum actionem introduxit, quæ competit ob rem, quod se pulsatum quis, verberatumve, vel domum suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive in conductâ, sive gratis, sive hospitio receptus sit. §. 9. Atrox injuria æstima-

1 l. 6. §. 3. D. de offic. præsid. 2 l. 8. in pr. ff. h. t. 3 l. 2. §. 9. l. 1. 27. ff. de iur. iudic. l. 7. in fin. ff. eod. l. 13. §. 5. ff. locati. Goth. Vide Rinald. Corf. lib. indagat. jur. l. c. 24. Anf. 4 Infirmitas culpæ adnumeratur, l. 8. §. 1. in fin. D. eod. Goth. Vide l. 36. §. 1. ff. de rei vind. Anf. 5 l. 21. in pr. l. 23. §. 1. ff. de iur. iudic. l. 1. §. 1. ff. de rei vind. Anf. 6 Al. quanti in hodie. S. L. Intellectum hujus §. vide apud Hartmann. Pistor. qu. 27. n. 6. Anf. 7 l. 23. §. 8. D. eod. 8 Quia ex maleficiis poenales actiones in heredem non competunt, nisi lite cum defuncto contestata, & herede locupletiore facto, vide §. 1. ff. de perpetuis & tempor. 9 l. 23. §. 1. D. h. t. 10 l. 23. D. eod. l. 8. D. de exco. l. 1. Imo si ante occiderit, non tenetur, l. 63. D. ad l. Falcid. 11 l. 22. §. 1. D. h. t. 12 l. 23. §. 1. ff. de iur. iudic. l. 3. C. eod. 13 l. 27. §. hujus legis. 4. D. eod. fuisse autem videtur non de damno rei nostræ, sed de quovis alio damno, veluti intercepta nobis utilitate quadam: quemadmodum apud Plinium est casus singularis, 9. c. 59. 14 Aprum, leonem, l. 29. §. ex hoc. 6. D. eod. 15 Ut avibus, d. §. ex hoc. 6. 16 Funæ, retiis, nave, tecto, aqua, & similibus, d. l. 29. §. 5. ff. & l. 2. C. eod. 17 l. 27. §. inquit lex. 13. §. rupsisse. 17. D. eod. 18 d. l. 27. §. cum eo. 15. eod. 19 l. 30. §. in hac. 3. D. eod. 20 d. l. 27. §. tertio autem. 21 l. 29. in fin. ff. eod. 22 v. l. 134. in fin. ff. de verb. obf. 26. in fin. 23 l. 52. ff. h. t. 24 l. 4. D. de servo corrupto. 25 l. 9. §. si quis hominem. l. 29. §. pen. D. h. t. l. 5. C. eod. 26 l. 39. §. 3. D. eod. l. 51. D. de furt. 27 l. 53. ff. de furt. 28 l. 3. D. de servo corrupto. 29 v. Quintil. declamant. 350. Cujac. 15. obs. 26. in fin. 30 l. 7. §. sed si quis de ponte. ff. h. t. 31 Si corpore, directa: si alio modo quam corpore corpori damnum datum sit, utilis Aquiliana datur: si vero neque corpore, neque corpori damnum datum sit, in factum actio datur. hoc §. 32 Quia nec a corpore, nec in corpus damnum datum est. 33 l. 7. §. idem Laben. ff. de dolo. v. l. 14. §. 2. ff. de cust. reor. 34 Solebant enim servi ut lapsum in villis & possessionibus compediti esse, ut ostendit ad l. 7. §. 7. ff. de dolo. 35 Adde casum l. 27. §. 21. ff. h. t. de eo qui de manu nummos excussit. 36 L. 47. D. 10. & 9. C. 35. 36. Paul. §. sent. 4. 37 l. 1. in pr. ff. h. t. 38 l. 5. §. 1. ff. ad l. Aquil. 39 Al. ἀδίκημα. S. L. Arif. 5. Ethic. 40 Secus si ad vindictam magistratus. l. 32. & 33. D. h. t. 41 Imo & jus dicit, etiam cum inique decernit. l. pen. ff. de just. & iura. 42 Injuriam patiuntur aut in corpus, aut extra corpus. In corpus verberibus & illatione stupri. Extra corpus convitiis & famosiss libellis: quod ex affectu unus-cujusque patientis & facientis æstimatur. Paul. §. sent. 4. §. 1. 43 l. 5. in pr. ff. h. t.

44 l. 1. §. 1. l. 15. §. convitium. l. 42. ff. eod. 45 v. l. 20. D. eod. 46 In vet. manusc. erat: quasi debitoris possideantur ab eo. &c. quod magis probat Cujac. 47 v. l. un. C. de famosis libellis. 48 Aut cantaretur, Paul. §. sent. 4. §. 15. 49 Vide quæ scripti ad l. 3. in fin. ff. de liber exhib. 50 Puellæ quoque prætexta utebantur. Cicero in Ver. at non peregrini. l. Macr. 6. 51 v. l. 15. §. alina. D. h. t. 52 d. §. aliud. l. 9. in fin. l. 10. D. eod. 53 Patitur injuriam per liberos, uxores & liberorum uxores: ideoque eo nomine injuriarum agemus, si modo is qui fecit, in injuriam nostram id fecisse doceatur. Paul. §. sent. 4. §. 3. 54 Idque per consequentiam. l. 1. §. item aut. l. 41. D. eod. 55 v. l. 2. C. eod. 56 l. 2. ff. eod. multo minus posteriores adgnati: quod tamen de causis tantum civilibus non criminalibus intelligendum est. 57 Novell. 117. c. 9. 58 Facta tamen puniuntur. l. 1. C. eod. l. 2. ff. de his qui sunt sui. 59 Adversus bonos mores & injuria domini. l. 15. §. Prætor. D. h. t. 60 l. 15. in fin. l. 16. D. eod. 61 Qualitate, dignitate & conditione: ut pluris æstimetur injuria facta senatori domino quam plebeio. 62 Proprietario scilicet. l. 15. §. antepen. D. eod. 63 l. 15. §. 38. D. eod. 64 Servo scilicet. Doctores idem statuunt, si subdito, vasallo, monacho, civi, famulo, procuratori & ministro, in contumeliam eorum, quibus hi subjeti sunt, facta sit injuria. 65 Injuriarum actio lege, aut more, aut mixto jure introducta est. lege XII. Tabul. erat de famosiss carminibus, membri rupti, & ossibus fractis. Paul. §. sent. 4. §. 6. 66 Id est, viginti quinque asses librales, 20. Gell. l. Feitus in verbo, Græve as: 18. Plin. 3. 67 Hæc actio injurie honoraria infra dicitur: & moribus introducta a Paul. §. sent. 4. §. 7. Quoties nimirum factum pro qualitate sui arbitrio judicis æstimatur, & congruenti poena supplicii vindicatur. 68 Id est, talioris: 20. Gell. l. de qua Exod. 21. 69 Hanc honorariam paulo post vocat & s. a prætoribus introductam, quamque Paulus moribus introduciam appellat, ut ante diximus. 70 Extra ordinem, l. ult. D. eod. 71 l. 17. §. 3. D. eod. 72 Actor servus erat, qui pecuniis domini credendis & exigendis præerat. l. 24. in prin. D. depositi. 73 Solebant enim domini servos fugæ suspectos nervo vincire, de quo plenius dixi ad l. 7. §. 7. D. de dolo. 74 Hæc actio injuriarum, mixto jure ex lege Cornelia constituta dicitur, a Paulo §. sent. 4. §. 8. 75 Id est, his tribus de causis. l. 5. in prin. ff. h. t. 76 Vide l. 23. D. eod. l. 7. ff. de extr. ord. criminib. 77 Subaudi, ab his qui directarii appellantur, in quos extra ordinem animadvertitur. Paul. illo loco. 78 l. 5. §. domum. 2. D. h. t. 79 Non momentaneo, sed ad longius aliquod tempus, puta domicilio. vide l. 1. §. 2. verf. damnata. D. de alcatoribus. 80 Paul. §. sent. 4. §. 10. Atrox injuria æstimatur loco (ut si in publico); tempore (ut si interdiu); persona; ut si senatori, equiti, decurioni, vel alias spectatæ autoritatis viro illata sit.

tur vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus. Vel ex loco: veluti si cui in theatro, vel in foro vel in conspectu Prætoris, injuria facta sit. Vel ex persona: veluti si Magistratus 3 injuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti 4 patronove fiat a liberis vel libertis. Aliter enim Senatoris & parentis patronique, aliter extranei & humilis personæ injuria æstimatur. † Nonnunquam & locus vulneris atrocem injuriam facit: veluti si 5 in oculo quis percussus fuerit. Parvi autem refert, utrum patrifamilias an filiofamilias talis injuria facta sit: nam & hæc atrox injuria æstimabitur. §. 10. In summa sciendum est, de omni injuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter 6 agere, vel civiliter 7. Et si quidem civiliter 8 agitur: æstimatione 9 facta secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter: officio judicis extraordinaria pœna reo irrogatur. † Hoc videlicet observando, quod Zenoniana 10 constitutio introduxit, ut viri illustres, quique super eos sunt, & per 11 procuratores possint actionem injuriarum criminaliter persequi vel fuscipere, secundum ejus tenorem, qui ex ipsa manifestius appareat. §. 11. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id est, qui percussit: verum 12 ille quoque tenetur, qui 13 dolo fecit [injuriam], vel qui procuravit, ut cui 14 mala pugno percuteretur. §. 12. Hæc actio dissimulatione 15 aboletur, & ideo si quis injuriam dereliquerit, hoc est, statim 16 passus ad animum suum non revocaverit: postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolare.

TIT. V.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ QUASI EX DELICTO NASCUNTUR 17.

Si judex litem suam fecerit. 1. De dejectis, vel effusis, & positis, vel suspensis. 2. De filiofam. habitante seorsim a patre. 3. De damno aut furto, quod in nave, aut caupona, aut stabulo factum est.

SI judex 18 litem suam fecerit: non proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri; & in quantum de ea re æquum religioni judicantis videbitur, pœnam sustinebit. §. 1. Item is 19, ex cujus cœnaculo, vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis 20 habitat, dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter 21 fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest (si ceciderit) alicui nocere: quo casu pœna decem aureorum constituta est. De eo vero, quod dejectum effusumve est, dupli, quantum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem vero liberum occisum, quin-quaginta 22 aureorum pœna constituitur. Si vero vivat, nocitumque ei esse dicatur: quanti ob eam rem æquum judici videtur, actio datur. Judex enim computare debet mercedes medicis 23 præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operas quibus caruit, aut cariturus est ob id, quod inutilis factus est. §. 2. Si filiofam. seorsim a patre habitaverit, & quid ex cœnaculo ejus dejectum effusumve fuerit, sive quid positum suspensumve habuerit, cujus casus periculosus est: Juliano placuit in patrem nullam 24 [esse] actionem, sed cum ipso filio 25 agendum esse. Quod & in filiofamilias iudice observandum est, qui litem suam fecerit. §. 3. Item exercitor 26 navis, aut cauponæ, aut stabuli, de dolo aut furto, quod in navi aut caupona aut stabulo factum erit, quasi ex maleficio teneri videtur, si modo ipsius nullum est maleficio, sed alicujus eorum 27, quorum opera navem aut cauponam, aut stabulum exercet. Cum enim neque ex maleficio, neque ex contractu sit adversus eum constituta hic actio, & aliquatenus 28 culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur: ideo quasi ex maleficio teneri videtur. † In his autem casibus in factum actio competit: quæ heredi quidem datur, adversus 29 heredem autem non competit.

TIT. VI.

DE ACTIONIBUS 30.

Continuatio & definitio. 1. Divisio prima in actiones reales & personales. 2. De actione confessoria, & negatoria. 3. De actionibus prætoriiis realibus. 4. De Publiciana. 5. De rescissoria. 6. De Pauliana. 7. De Serviana & quasi Serviana seu hypothecaria. 8. De actionibus prætoriiis personalibus. 9. De constituta pecunia. 10. De peculio. 11. De actionibus in factum & jurejurando. 12. De actionibus penalibus. 13. De præjudiciis. 14. An res sua condici possit. 15. De nominibus actionum. 16. Divisio secunda. 17. De rei persecutoriis. 18. De pœna persecutoriis. 19. De mixtis, hoc est, rei & pœna persecutoriis. 20. De mixtis, id est, tam in rem quam in personam. 21. Divisio tertia. 22. De actionibus in simplicem. 23. in duplum. 24. in triplum. 25. in quadruplum. 26. Subdivisio actionum in duplum. 27. Subdivisio actionum in quadruplum. 28. Di-

visio quarta de actionibus bonæ fidei. 29. De rei uxoria actione in ex stipulatu actionem transfusa. 30. De potestate judicis in iudicio bonæ fidei: & de compensationibus. 31. De actionibus arbitrariis. 32. De incertæ quantitatis petitione. 33. De pluris petitione. Quinta divisio. 34. De minoris summa petitione. 35. Si aliud pro alio petatur. 36. Divisio sexta de peculio. 37. De repetitione dotis. 38. De actione adversus parentem, patronum, socium, donatorem. 39. De compensationibus. 40. De eo qui bonis cessit.

Superest, ut de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quam jus 31 persequendi 32 in iudicio, quod sibi debetur 33.

§. 1. Omnium autem actionum quibus inter aliquos apud iudices 34 arbitrosve de quacunque re quæritur, summa divisio in duo genera deducitur: aut enim in rem sunt 35 aut in personam 36. † Namque agit unusquisque aut cum eo, qui ei obligatus est, vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu proditæ sunt actiones in personam, per quas intendit adversarium ei dare aut facere oportere, & aliis quibusdam modis 37. Aut cum eo agit, qui nullo 38 jure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqua re controversiam: quo casu proditæ actiones in rem sunt: veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum ejus se esse dicat 39; nam si Titius suam esse intendat, in rem actio est. §. 2. Æque si agat [quis], jus sibi esse fundo forte vel ædibus utendi fruendi, vel per fundum vicini eundi, agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in rem actio est. † Eiusdem generis est actio de jure prædiorum urbanorum, veluti 40 si [quis] agat jus sibi esse altius ædes suas tollendi prospiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. † Contra quoque de usufructu, & de servitutibus prædiorum rusticorum, item prædiorum urbanorum, invicem quoque proditæ sunt actiones: ut 41 si quis intendat jus non esse adversario utendi fruendi, eundi, agendi, aquamve ducendi, item altius tollendi prospiciendive, vel projiciendi, immitte ndive: istæ quoque actiones in rem sunt, sed negativæ. † Quod 42 genus actionis in controversiis rerum corporalium præditum non est. Nam in his is agit, qui non possidet 43; ei vero, qui possidet 44, non est actio prodita, per quam neget rem actoris esse. Sane uno 45 casu qui possidet, nihilominus [is] actoris partes obtinet, sicut in latoribus Digestorum libris opportunus apparebit. §. 3. Sed istæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & si quæ sunt similes, ex legitimis & civilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt, quas Prætor 46 ex sua jurisdictione comparatas habet tam in rem, quam in personam, quas & ipsas necessarium est exemplis ostendere: [ut] ecce, plerumque ita permittit [Prætor] in rem agere, ut vel 47 actor dicat se quasi usufrucipisse, quod non usufrucipit: vel ex diverso possessor 48 dicat adversarium non usufrucipisse quod usufrucipit. §. 4. Namque si cui ex justa causa res aliqua tradita fuerit (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & necdum ejus rei dominus effectus est: si ejus rei possessionem casu amisit, nullam habet in rem directam 49 actionem ad eam persequendam: quippe ita proditæ sunt jure civili actiones 50, ut quis dominium suum vindicet. Sed quia sane durum erat, eo casu deficere actionem: inventa est a Præto re actio, in qua dicit is, qui possessionem amisit, eam rem se usufrucipisse, quam usu non cepit, & ita vindicat suam esse: quæ actio Publiciana appellatur, quoniam primum a 51 Publicio Præto re in Edicto proposita est. §. 5. Rursus ex diverso, si quis 52 cum Reip. causa abesset, vel 53 in hostium potestate esset, rem ejus, qui in civitate esset, usufrucipit: permittitur domino, si possessor Reip. causa abesse desierit, tunc intra annum rescissa usufrucipione eam petere: id est, ita petere, ut dicat possessorem usu non cepisse, & ob id suam rem esse. Quod genus actionis quibusdam & aliis simili æquitate motus Prætor accommodat, sicut ex latiore Digestorum seu Pandectarum volumine intelligere licet. §. 6. Item si quis in fraudem creditorum rem suam alicui tradiderit, bonis ejus a creditoribus possessis ex sententia Præsidis: permittitur ipsis creditoribus, rescissa traditione eam rem petere 54, id est, dicere eam rem traditam non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse. §. 7. Item Serviana & quasi Serviana (quæ etiam hypothecaria vocatur) ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiant capiunt. Serviana 55 autem experitur quis de rebus coloni, quæ pignoris jure 56 pro mercedibus fundi ei tenentur. † Quasi Serviana autem est, qua 57 creditores pignora hypothecæve persequuntur 58. † Inter pignus autem & hypothecam (quantum ad actionem hypothecariam attinet) nihil interest: nam de qua re inter creditorem & debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata: utraque hæc appellatione continetur: sed in aliis differentiæ est. Nam pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis 59 sit. At 60 eam, quæ sine traditione, nuda conventionione tenetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus. §. 8. In personam quoque actiones ex sua jurisdictione propositas habet Prætor: veluti 61 de pecunia constituta: cui similis vide-

1 l. 7. §. atrocem. l. 8. l. 9. ff. h. t. l. 4. C. cod. Paul. §. sent. 4. §. 10. 2 Sic injuria augetur ratione loci. l. aut facta 16. §. 4. ff. de pœn. Anf. 3 Huc pertinet oratio Demosth. curatoris ludorum Bacchi, cæsi in mala a Midia. 4 l. 8. §. omnia. D. de pœnis. §. l. 8. ff. h. t. 5 Extraordinario, ut hic: seu privato iudicio. l. 7. l. ult. C. cod. 7 l. 37. in fin. D. cod. 8 Injuriarum civiliter damnatus, ejuque æstimationem inferre iustus, famosus efficitur. Paul. §. sent. 4. §. 9. 9 Vide l. 21. D. cod. 10 d. l. ult. 11 Vide l. 11. §. 2. l. 17. §. 19. D. cod. 12 l. 37. in fin. ff. cod. 13 Id est, cuius ope, consiliove factum dicitur. Paul. §. sent. 4. §. 19. 14 l. 11. ff. cod. 15 Unius anni lapsu, l. 5. C. cod. pacto, transactione, jurejurando, vide l. 11. §. 1. ff. cod. morte, vide l. 10. §. 2. ff. si quis cautionib. 16 Hinc colligunt, Dominum, canonem post triennium recipientem, remississe injuriam emphyteutæ suæ videri vel præsumi. 17 L. 9. D. 3. & 4. L. 4. D. 9. & 47. D. 5. 18 v. l. ult. ff. de var. & extr. cognit. 19 l. 5. §. si quoque. ff. de obl. & act. & toto tit. D. de his, qui effud. 20 l. 5. §. 2. ff. de his, qui effud. 21 l. 1. §. 2. l. 5. §. 9. D. de his, qui effud. l. 31. D. ad leg. Aquil. 22 l. 1. in princ. ff. §. 5. ff. de his, qui effud. 23 l. ult. D. de his, qui effud. 24 Cur ita? l. 1. §. 7. d. t. & v. l. 58. D. de res. jur. 25 v. l. 39. in not. ff. de obl. & act. Anf. 26 l. 5. §. ult. D. de oblig. & act. 27 l. 1. §. 5. & ultim. D. nautæ, caup. l. un. ff. furti advers. naut. 28 l. 5. in fin. D. de obl. & actio. 29 l. 16. D. de judic. d. l. ult. §. hac jud. l. 5. §. hæc autem act. §. d. tit. de his, qui effud. 30 L. 41. D. 7. 31 Id est, formula apud pedaneos iudices agendi: nam in iure actione non utimur. Cujac. v. l. 51. D. de oblig. & actionib. 32 An & excipiendi, v. l. 1. ff. de except. 33 Hæc definitio tam personalis, quam reali actioni competit, vide Hotom. lib. 3. obs. 17. Anf. 34 l. 15. in pr. D. de res. jud. 35 v. l. 25. in pr. ff. h. t. 36 l. 25. ff. h. t. Anf. 37 Futa, ne quid fiat (quo pertinent quedam interdicta) vel ut fiat, vel ne fiat, l. 5. C. de ingen. man. 38 Forte legendum, quas neutro iure. 39 Id est, contra vindicet (id enim olim erat usitatum, teste Boetio in Topic.) saltem verbo tenus, Cont. l. disp. 12. 40 l. 2. D. si serv. vind. 41 l. 5. D. si usufr. pet. 42 Sentus hujus ver-

ficuli talis est: fundi possessor, quique ab eo servitutem debere negat, actione negative concepra jvatur, & obtinere potest. At in controversia rei corporalis actor, si nude rem possessoris non esse dixerit, non eo solo jvabitur: ut cui necesse sit ulterius progredi, ac fundum ipsum, quem non possidet, vindicare. 43 Charond. verisim. lib. 3. cap. 2. Anf. 44 Alias non ultra datur actio possessori, l. 2. §. 6. D. uti possid. 45 Baro legit, in hæc casu, id est, actionibus negatoriis servitutum. Ferrus vero, non in uno casu: qui ob id a Roberto reprehenditur, l. recept. 18. Ad tria judicia mixta Accursius refert illum unum casum. Faber, ad l. 14. ff. de probation. Corraus miscell. 23. ad interdictum uti possidetis, qui favet l. 1. §. 6. ff. uti possidetis. Contius 1. Subsecutorum 1. ad l. 15. de novi operis nunc. Mytinger, hic, ad præjudiciis in rem actiones. Charondas ad l. 9. ff. de rei vind. recte Hotomannus hic ad: torquere illud esse, non docere: interea, dum apertius loquatur Imperator, sibi videri ait legendum, sane illo casu: ut superior significetur. 46 Actionum alie civiles, alie honorariæ. l. 25. in fin. D. de obl. & act. 47 Hi duo casus proxime exponuntur §. 4. & 5. 48 Ex diverso possessorem dicat. Bald. hic. §. 5. J. cod. 49 Quia dominus non est. §. 15. ff. de obl. ex delict. 50 l. 23. de rei vind. 51 l. 1. D. de Public. in rem. 52 v. l. 1. §. 1. l. 31. ff. ex quib. caus. major. 53 v. l. 14. §. 15. d. tit. 54 Pauliana vel in factum actione, l. 1. §. 2. & l. 14. ff. que in fraud. cred. ut & patrono Faviana, l. 1. D. si quid in fraud. patr. utriusque Calvisiana: minori (in casu l. 96. in princ. D. de solut.) Interdicto, vel Edicto fraudatorio. 55 Quæ prætorica dicitur, quod a præto re sit approbata. D. D. hic. l. 19. C. de usur. 56 v. l. 4. ff. in quibus caus. pign. Hinc istertim nota, pignus prætorium ob contumaciam ante sententiam; iudiciale, ad executionem sententiæ; legale, vi legis, & quidem tacite; conventionale, partium consensu contrahi. Gath. Vide Moz. de pignor. cap. 2. num. 24. Anf. 57 Vide l. 16. §. 3. l. 17. ff. de pign. & hypoth. dicitur etiam hypothecaria. 58 Et vindicant l. 10. in fin. C. de pignorat. 59 l. 238. §. 2. ff. de verb. signif. 60 Differunt ea ratione tituli de pignori bus & de pignoratitia actione. 61 Est igitur de constituto actio prætorica. l. 1. ff. de pecunia conf. alias jure civili, non est actio ex nudo pacto. l. 7. D. de pact.

batur receptitia. Sed ex nostra constitutione (cum [ & ] si quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est) [ & ] ea quasi supervacua, iusta est cum sua auctoritate a nostris legibus recedere.

† Item Prætor proposuit actionem de peculio servorum, filiorumque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor juraverit? & alias complures. §. 9. De constituta autem pecunia cum omnibus agitur quicumque pro se vel pro alio soluturos se constituerint: nulla scilicet stipulatione interposita: nam aliqui si stipulanti promiserint, iure civili tenentur.

§. 10. Actiones autem de peculio ideo adversus patrem dominumve comparavit Prætor: quia licet ex contractu filiorum servorumve ipso jure non teneantur: æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque, item servorum) condemnari eos.

§. 11. Item si quis postulante adversario juraverit, deberi sibi pecuniam quam peteret, neque ei solvatur: iustissime accommodat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an juraverit. §. 12. Pœnales quoque actiones Prætor multas ex sua jurisdictione introduxit: veluti adversus eum, qui quid ex albo ejus corrupisset: & in eum, qui patronum, vel parentem in jus vocasset, cum id non impetrasset: item adversus eum, qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cujusve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.

§. 13. Præjudicialis actiones in rem esse videntur: quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber an libertus sit, vel de partu agnoscendo. Ex quibus fere una illa legitimam causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit: cæteræ ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. §. 14. Sic itaque discretis actionibus, certum est, non posse actorem suam rem ita ab aliquo petere, si appareat eum dare oportere. Nec enim quod actoris est, id ei dari oportet: scilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fiat. Nec res quæ [ jam ] actoris est, magis ejus fieri potest. Plane odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures etiam hac actione teneantur. Si appareat eos dare oportere: quamvis sit adversus eos etiam [ hæc ] in rem actio, per quam rem suam quis esse petit. §. 15. Appel-

lamus autem, in rem quidem actiones, vindicationes: in personam vero actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Condicio enim est denunciare prisca lingua: nunc vero abusive dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intendit dari sibi oportere. Nulla enim hoc tempore eo nomine denunciatio fit. §. 16. Sequens illa divisio est, quod quedam actiones rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quedam pœnæ persequendæ, quedam mixtæ sunt. §. 17. Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum vero actionum, quæ in personam sunt, ex quibus quæ ex contractu nascuntur, fere omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti quibus mutuum pecuniam, vel in stipulatum deductam petit actor: item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. † Plane si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendii, ruina, naufragii causa depositum sit: in duplum actionem Prætor reddit: si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede ejus de dolo ipsius agitur, quo casu mixta est actio. §. 18. Ex maleficiis vero proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt: aliæ tam pœnæ, quam rei persequendæ, & ob id mixtæ sunt. Pœnam tantum persequitur quis actione furti: five enim manifesti agatur, quadrupli: five non manifesti, dupli: de sola pœna agitur. nam ipsam rem propria actione persequitur quis, id est, suam esse petens: five suripse eam rem possideat, five alius quilibet. † Eo amplius adversus furem etiam conditio est [ rei ]. §. 19. Vi autem bonorum raptorum actio mixta est: quia in quadruplo rei persecutio continetur: pœna autem tripli est. † Sed & legis Aquiliæ actio de damno injuria [ dato ], mixta est, non solum si adversus inficiantem in duplum agatur, sed interdum & si in simplum quisque agat: veluti si quis hominem claudum aut luscum occiderit, qui in eo anno integer & magni pretii fuerit: tanti enim damnatur, quanti is homo eo in anno plurimi fuerit, secundum jam traditam divisionem. † Item mixta est actio contra eos, qui relicta sacrosanctis Ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint, usque adeo, ut etiam in iudicium vocentur. tunc enim & ipsam rem vel pecuniam, quæ relicta est, dare compelluntur, & aliud tantum pro pœna, & ideo in duplum ejus fit condemnatio.

§. 20. Quedam actiones mixtam causam obtinere videntur, tam in rem quam in personam: qualis est familiæ erciscundæ actio, quæ competit coheredibus de dividenda hereditate. † Item communi dividundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id dividatur. † Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus iudiciis permittitur 29 iudici rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adjudicare: & si unus pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare.

§. 21. Omnes autem actiones, vel in simplum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum; ulterius autem nulla actio extenditur. §. 22. In simplum agitur, veluti ex stipulatione, & mu-

tui datione, ex empto, vendito, locato, conducto, mandato: & denique ex aliis quamplurimis causis. §. 23. In duplum agimus, veluti furti nec manifesti, damni injuriæ ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam causis. Item servi corrupti: quæ competit in eum, cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione eorum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea quæ supra diximus. §. 24. Tripli vero [ agimus ], cum quidam majorem vera æstimatione quantitatem in libello conventionis inserunt, ut ex hac causa viatores, id est executores litium, amplio rem summam sportularum nomine exigent. tunc enim id quod propter eorum causam damnum passus fuerit reus, [ in ] triplum ab actore consequetur: ut in hoc triplo etiam simplum, in quo damnum passus est, connumeretur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ in nostro Codice fulget, quam proculdubio certum est ex lege conditicia emanare. §. 25. Quadrupli autem agitur, veluti furti manifesti. Item de eo quod metus causa factum sit, deque ea pecunia quæ in hoc data sit, ut is cui datur, calumniæ causa negotium alicui faceret, vel non faceret. † Item, ex lege conditicia nostra constitutio oritur, in quadruplum condemnationem imponens iis executoribus litium, qui contra nostræ constitutionis normam a reis quicquam exegerint. §. 26. Sed furti quidem nec manifesti actio, & servi corrupti, a cæteris, de quibus simul locuti sumus, eo differunt, quod hæc actiones omnimodo dupli sunt: at illæ, id est, damni injuriæ ex lege Aquilia, & interdum depositi, inficiatione duplicatur, in contentum autem in simplum dantur. Sed illa quæ de his competit, quæ relicta venerabilibus locis sunt, non solum inficiatione duplicatur, sed etiam si distulerit relictæ solutionem usque quo jussu magistratum nostrorum conveniatur. In contentum vero, ante quam jussu magistratum conveniatur solventem, simpli redditur. §. 27. Item actio de eo quod metus causa factum sit, a cæteris de quibus simul locuti sumus, eo differt, quod ejus natura tacite continetur, ut qui iudicis jussu ipsam rem actori restituit, absolvatur: quod cæteris casibus non est ita: sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur, quod est & in furti manifesti actione. §. 28. Actionum autem quedam bonæ fidei sunt, quedam stricti juris. Bonæ fidei sunt hæc: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestoribus, mandati, depositi, pro socio, tutela, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimate proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, & hereditatis petitio. Quamvis enim usque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei iudicia connumeranda hereditatis petitio esset, an non, nostra tamen constitutio aperte eam esse bonæ fidei disposuit. §. 29. Fuerat antea & rei uxoriæ actio una ex bonæ fidei iudiciis: sed cum plenior esse ex stipulata actionem inventientes, omne jus quod res uxoria antea habebat, cum multis divisionibus in actionem ex stipulata, quæ de dotibus exigendis proponitur, transfulerimus: merito rei uxoriæ actione sublata, ex stipulata [ actio ] quæ pro ea introducta est, naturam bonæ fidei iudicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonæ fidei sit. [ Sed ] & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiarum: cujus solius providentia hoc induximus. §. 30. In bonæ fidei iudiciis libera potestas permitti videtur iudici ex bono & æquo æstimandi quantum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat, eo compensato, in reliquum is cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti juris iudiciis ex rescripto D. Marci opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio easdem compensationes, quæ jure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure minuant, five in rem, five in personam, five alias quascunque: excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sane iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur. §. 31. Præterea quasdam actiones arbitrarías, id est, ex arbitrio iudicis pendentes, appellamus, in quibus, nisi arbitrio iudicis is cum quo agitur, actori satisfaciatur: veluti rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat: condemnari debeat. Sed istæ actiones, tam in rem, quam in personam inveniuntur: In rem, veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur quod [ vi ] aut metus causa, aut dolo malo factum est. Item cum id, quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum quoque actio, ex arbitrio iudicis pendet. In his enim actionibus & cæteris similibus permittitur iudici ex bono & æquo secundum cujusque rei, de qua actum est, naturam æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat.

§. 32. Curare autem debet iudex, ut omnino quantum possibile ei

1 Constitutoria actio, l. 5. §. 2. l. 21. ff. l. 2. C. de constit. pecun. 2 v. l. 8. in fin. ff. de acceptilat. 3 v. l. 1. C. ne filius pro patre. 4 v. l. 12. C. quod eum eo. 5 Vide tamen l. 39. cum not. ff. de Oblig. & Act. Anf. 6 v. l. 5. §. dato. ff. de iurjurando. 7 Quo Edictum perpetuum continebatur, l. 7. in princ. ff. de iurisd. 8 v. l. 4. ff. de in jus vocando. 9 l. 1. l. pen. Et tot. tit. ff. ne quis eum, qui in jus. 10 De natura actionum præjudicialium vide Vultei. discipul. cap. 3. Anf. 11 Hæc datur domino in servum, l. 26. & contra. l. 24. ff. de liberali causa. 12 Hæc datur patrono in libertum, & e contra. l. 14. ff. de prob. 13 Hac quæritur, an ex marito mulier prægnans sit. l. 1. in fin. ff. de lib. agnosce. adde interdictum de liberis exhibendis, vindicationem liberorum jure Quintum adversus tertios, l. 1. §. 2. ff. de rei vind. actionem pro rebus piis, l. 9. l. pen. ff. de obseq. parent. Et patron. & alimentis parenti exhibendis, l. 5. in pr. ff. de lib. agnosce. & contra. 14 Formula actionis personalis. 15 v. l. 167. ff. de reg. jur. 16 v. §. 6. Et 10. ff. de legatis. 17 Id est, conditione furtiva, quoties rem non possident. l. 1. Et tot. tit. de condit. furtiva. 18 v. l. 25. ff. de obl. Et act. 19 Vide Festum in Condicere. 20 Nam depositi, tumultus causa, actio mixta est, ut hic J. eod. & legati ad pias causas, §. 19. J. eod. ex quali contractu. 21 l. 54. §. 9. quæ furti. ff. de furtis. aliud vero persequitur aliis actionibus. 22 Furtiva, sed & ad exhibendum, & vindicatio. l. 7. §. 1. ff. de condit. furt. 23 l. 23. §. 3. ff. ad l. Aquil. 24 §. 23. in fin. J. eod. 25 l. 37. §. 1. ff. de obl. Et act. 26 l. 22. §. pen. ff. fam. ercisc. 27 Citra hereditatis causam. l. 4. §. 3. ff. comm. divid. 28 l. 1. §. 2. 3. 4. ff. fin. regund. 29 l. 2. §. 1. ff. fin. reg. l. 52. §. 2. ff. fam. ercisc. l. 1. comm. divid. 30 Lege tamen Mosis furtum bovis quintuplo puniebatur. Exod. 22. 31 Id est, realibus. 32 Puta incendii & naufragii. l. 1. §. 1. ff. de furtis. 33 l. 10. l. 14. ff. de serv. corrupt. 34 l. 46. §. 7. C. de episc. & cler. 35 Quibus interdum magistratus arbitrium com-

mittit. l. ult. ff. de iudic. 37 Ac sententiarum. v. l. 12. C. de prox. sac. scrip. lib. 12. 37 v. Nov. 53. cap. 3. in fin. 38 Priori scilicet. 39 Ex qua proculdubio est ex lege conditicia emanare. Cujac. ita legit. 40 §. vi bon. rapt. 41 l. 14. §. 10. ff. quod met. caus. 42 l. 1. ff. de calumniatorib. 43 Item lex conditicia extra constitutionem oritur. 44 Supra locuti. 45 Id est, hæc actio duplicatur & inficiatione & mora. v. l. 1. ff. de pana tenere. 46 v. l. 14. §. 1. D. quod met. caus. 47 Quorum aliæ generales, aliæ speciales. l. 38. D. pro socio. 48 Cur ita dicantur, v. §. 30. J. eod. 49 l. 1. l. 11. ff. de act. empt. 50 l. 17. C. de loc. & cond. 51 l. 5. D. de obl. Et act. l. 7. D. de negotiis gest. 52 l. 2. §. ult. Et l. 5. D. de obl. Et act. l. 3. in fin. l. 10. §. 3. l. 35. ff. mandati. 53 l. 1. §. 19. D. depositi: l. 7. ff. de eo, quod certo loco. 54 l. 52. §. 1. ff. pro socio. 55 l. 1. §. 2. ff. de tutela Et rationis. distr. 56 l. 3. §. 2. ff. comm. divid. 57 l. 7. D. Et l. 6. C. de pignorat. act. 58 l. 9. C. fam. ercisc. 59 l. 4. §. 2. l. 14. §. 1. D. comm. divid. 60 l. 1. D. de astimatoria. 61 l. 2. D. de rer. permut. l. 2. C. eod. 62 l. ult. in fin. C. de her. petit. 63 l. ult. C. de her. petit. 64 An anteriorem & expressam habentibus? vide Nov. 109. c. 1. l. assiduis. 12. C. qui piores. an & creditoribus posterioribus quorum pecunia emptæ militiæ, emptæ aut reparata fuerit navis aut domus? v. Novell. 97. c. 3. 4. 65 l. ult. C. de compens. 65 Id est, liquidi ad liquidum. 67 v. l. ult. C. de depos. 68 l. 14. §. 1. ff. quod met. caus. 69 l. 18. ff. de dol. 70 l. 2. ff. de eo quod cer. loc. 71 l. 3. §. 2. D. ad exhib. 72 Quid? arbitrarías actiones num bonæ fidei erunt ex ratione §. 30. J. eod.? Welfen. tradit, natura sua stricti juris esse: ex accidenti vero (quia incerta quantitas & æstimatio vel iurejurando in litem vel arbitrio iudicis petita postea certa taxatur §. 32. J. eod.) arbitrarías esse. 73 Sententia certam summam continere debet. v. 6. de sent. qua sine certa quantitate profertur.

fit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat: etiam si de incerta quantitate apud eum actum est. §. 33. Si quis agens, [in] intentione sua plus <sup>1</sup> complexus fuerit quam ad eum pertineat, a causa cadebat <sup>2</sup>, id est, rem amittebat: nec facile in integrum restituebatur, a Prætoribus, nisi minor erat xxv. annis. Huic enim sicut in aliis causis, causa <sup>3</sup> cognita, succurrebatur, si lapsus juventute fuerat: ita & in hac causa succurri solitum erat. Sane <sup>4</sup> si tam magna causa iusti <sup>5</sup> erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset <sup>6</sup>, etiam majori xxv. annis succurrebatur; veluti si quis totum legatum petierit: post deinde prolatis fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sint, quæ efficiebant, ut plus petiisse videretur petitor, quam doctrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur <sup>7</sup>. † Plus autem quatuor <sup>8</sup> modis petitur: re, tempore, loco, [&] causa. † Re: veluti si quis pro decem aureis qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is cuius ex parte res est, totam eam, vel majorem partem suam esse intenderit. † Tempore: veluti si quis <sup>9</sup> ante diem vel ante conditionem <sup>10</sup> petierit. Quia enim ratione qui tardius <sup>11</sup> solvit, quam solvere deberet, minus solvere intelligitur, eadem ratione qui præmature petit, plus petere videtur. † Loco plus petitur: veluti cum quis id quod certo loco sibi [dari] stipulatus est, alio loco petit, sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia, si is, qui ita stipulatus fuerit, Ephesi dare spondet <sup>12</sup> Romæ pure intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia utilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solveret, admittit ei pura intentione. Propter quam causam, alio loco petenti arbitraria actio proponitur <sup>13</sup>: in qua scilicet ratio habetur utilitatis, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solveret (quo se futurum spondit). Quæ utilitas plerumque in mercibus <sup>14</sup> maxima invenitur: veluti vino, oleo, frumento, quæ per singulas regiones diversa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non <sup>15</sup> in omnibus regionibus sub eisdem usuris fenerantur. Si quis tamen Ephesi petat, id est, eo loco petat, quo ut sibi deretur stipulatus est: pura <sup>16</sup> actione recte agit: idque etiam Prætor monstrat: scilicet quia utilitas solvendi salva est promissori. † Huic autem, qui loco plus petere intelligitur, proximus est is qui causa plus petit: ut ecce, si quis ita a te stipuletur, hominem Stichum, aut decem aureos dare spondet <sup>17</sup> deinde alterum petat, veluti hominem tantum aut decem aureos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur: quia in eo genere stipulationis promissoris <sup>18</sup> est electio, utrum pecuniam <sup>19</sup>, an hominem solvere velit. Qui igitur pecuniam tantum vel hominem tantum sibi dari oportere intendit, eripit electionem adversario: & eo modo suam quidem conditionem meliorem facit, adversarii vero [sui] deteriore. Quia de causa talis in ea re prodita est actio, ut quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere: id est, ut eodem modo peteret, quo stipulatus est. Præterea, si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem adversario tollit, cui stipulationis <sup>20</sup> jure liberum fuit, aliud solvere, quam quod peteretur. Quin etiam licet vilissimum sit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud solvere, quod majoris pretii est <sup>21</sup>. Sed hæc quidem antea in usu fuerant; postea vero lex Zenoniana <sup>22</sup> & nostra <sup>23</sup> rem coarctavit. Et, siquidem tempore <sup>24</sup> plus fuerit petitum: quid statui oporteat, Zenonis diuæ memoriæ loquitur constitutio: sin autem quantitate <sup>25</sup> vel alio modo plus fuerit petitum: [in] omne, si quod forte damnum ex hac causa acciderit ei contra quem plus petitum fuerit, commissa tripli condemnatione (sicuti supra diximus) puniatur <sup>26</sup>. §. 34. Si minus <sup>27</sup> in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti si cum ei decem [aurei] deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut [si] cum totus fundus ejus esset, partem dimidiam suam esse petierit: sine <sup>28</sup> periculo agit: in reliquum enim nihilominus judex adversarium in eodem iudicio <sup>29</sup> ei condemnat ex constitutione diuæ memoriæ Zenonis.

§. 35. Si quis aliud pro alio intenderit: nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem suum corrigere <sup>30</sup> [ei] permittitur: veluti si is qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur. §. 36. Sunt præterea quædam actiones quibus non [semper] solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modo solidum persequimur, modo minus: ut ecce, si in peculium filii servive agamus. Nam si non minus in peculio sit, quam persequimur: in solidum dominus paterve condemnat: si vero minus invenitur: eatenus <sup>31</sup> condemnat judex, quatenus in peculio sit. Quemadmodum autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus <sup>32</sup>. §. 37. Item si de dote [in] iudicio mulier agat: placet eatenus maritum <sup>33</sup> condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates ejus patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates ejus, in solidum damnatur: si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem <sup>34</sup> quoque dotis repeti-

tio minuitur. Nam ob impensas in res dotales factas, marito [quasi] re-tentio concessa est: quia ipso jure <sup>35</sup> necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet. §. 38. Sed & si quis cum parente suo <sup>36</sup> patronove agat <sup>37</sup>: item si socius <sup>38</sup> cum socio, iudicio societatis agat: non plus actor consequitur, quam adversarius ejus facere potest. † Idem est, si quis ex <sup>39</sup> donatione sua conveniatur.

§. 39. Compensationes quoque oppositæ plerumque efficiunt <sup>40</sup>, ut minus quisque consequatur, quam ei debeat. Nam <sup>41</sup> ex bono & æquo habita ratione ejus, quod invicem actorem ex eadem causa præstare oportet, in reliquum eum cum quo actum est, [condemnat] <sup>42</sup>: sicut jam dictum est. §. 40. Cum eo quoque qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid adquisierit, quod idoneum emolumentum habeat: ex integro in id quod facere potest, creditores <sup>43</sup> experiuntur: inhumanum enim erat, spoliatarum fortunis suis in solidum damnari.

## TIT. VII.

QUOD CUM EO <sup>44</sup>, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR.

Scopus & nexus. 1. De servis quod jussu. 2. De exercitoria & institutoria actione. 3. De tributaria. 4. De peculio & in rem verso. 5. De concursu duarum actionum. 6. De filiisfamilias. 7. De Sc. Macedoniano. 8. De actione directa in patrem vel dominum.

Quia [tamen] superius <sup>45</sup> mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorum familiarum servorumque agitur: opus est, ut de hac actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominove dari solent, diligentius admoneamus. Et quia sive cum servis negotium gestum sit, sive cum his, qui in potestate parentum sunt, eadem fere jura servantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermone in personam servi dominique, idem <sup>46</sup> intellecturi de liberis quoque & parentibus quorum in potestate sunt. Nam si quid in his proprie servatur, separatim ostendemus. §. 1. Si igitur jussu domini cum servo negotium gestum erit: in solidum <sup>47</sup> Prætor adversus dominum actionem pollicetur: sc. quia is qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.

§. 2. Eadem ratione Prætor alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria <sup>48</sup>, altera institutoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis servum <sup>49</sup> suum magistrum navi præposuerit, & quid cum eo ejus rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet <sup>50</sup>. Institutoria tunc locum habet <sup>51</sup>, cum quis tabernæ forte, aut cuilibet negotiationi servum suum præposuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem institutoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur <sup>52</sup>. Ista tamen duas actiones Prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum servum navi aut tabernæ aut cuilibet negotiationi præposuerit: sc. quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interveniat. §. 3. Introduxit & aliam actionem <sup>53</sup> Prætor, quæ tributaria vocatur. Namque si servus in peculiari merce, sciente <sup>54</sup> domino, negotietur, & quid cum eo ejus rei causa contractum erit: ita Prætor jus dicit, ut <sup>55</sup> quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & cæteros creditores, pro <sup>56</sup> rata portione distribuatur: & [ideo tributaria vocatur,] quia ipsi domino distributionem Prætor permittit. Nam si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quæ tributaria appellatur.

§. 4. Præterea introducta est actio de peculio, deque eo quod in rem domini versum erit: ut quamvis sine voluntate <sup>57</sup> domini negotium gestum erit, tamen sive <sup>58</sup> quid in rem ejus versum fuerit, id totum præstare debeat: sive <sup>59</sup> quid non sit in rem ejus versum, id eatenus præstare debeat: quatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessario in rem ejus impenderit servus: veluti si mutatus pecuniam creditoribus ejus solverit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem puta aureis, quos servus tuus a Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos solverit, reliquos vero quinque quolibet modo consumperit: pro quinque [quidem] in solidum damnari debes: pro cæteris vero quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo sc. apparet si toti decem aurei in rem tuam versi fuerint: totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim una est actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, ante dispicere solet, an in rem domini versum sit: nec aliter ad peculii æstimationem transit, quam aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum. Cum autem quæritur, quantum in peculio sit? Ante <sup>60</sup> deducitur, quicquid servus domino, eive qui in potestate ejus sit, debet: & quod superest, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet servus, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is in ipsius peculio sit: quod

1 v. C. de plus petit. ubi dixi. 2 Plus debito petens in quam penam incidat, vid. Tessaur. decis. 231. Ut tamen plus petens causa cadat, requiritur quatuor, quæ vide apud Capyc. decis. 49. num. fin. Ita fallit, casu quo quis in sua conclusione clausulam salutarem adhibuerit: qua eo casu in majore summa minor inest, Joseph. Ludovic. decis. 51. p. 1. in fin. Hodie tamen hæc poena amissionis cause cessat, & solummodo restat actio ad reparationem ejus damni, quod quis ratione plus petitionis passus est. Wamef. vol. 2. confil. 64. Anst. Adde Mornac. Autumnæ. & Francil. Zyp. ad tit. C. de plus petit. Christian. decis. Belg. 1. 66. & vol. 2. 158. num. 10. S. L. 3 l. 1. l. 11. §. sciendum. ff. de minor. v. Paul. 1. sent. 10. Cujac. 7. obs. 27. & Nov. 15. c. 4. & C. de plus petit. & ext. 2. tit. 11. 4 Ex justa causa datur restitutio. 5 Error iustus esse potest. 6 Constantissimus quisque labi potest. 7 l. 1. D. quod leg. l. pen. C. ad l. Falcid. 8 Plus quatuor modis petitur. 9 l. nunc. in fin. D. quando dies usuf. l. 1. ff. de edend. l. 44. ff. de obl. & ad l. 38. §. inter. l. 41. l. 137. §. 2. ff. de verb. obl. 10 Etiam tacitam. v. l. 21. ff. de jur. dot. 11 l. 12. in fin. D. de verb. sign. 12 Et proponi potest, quia summa in stipulationem deducta restrictæ & definite non petitur, sed hoc de-mum, quod æquius melius arbitrio videbitur. l. 1. ff. quod certo loco. 13 Et earum pretio. l. 63. ff. ad l. Falc. 14 l. 1. in pr. D. de usur. l. 3. in fin. l. 4. ff. quod cert. loc. 15 Id est, sine arbitrii mentione. l. 4. in princ. D. quod certo. 16 v. l. 34. §. pen. D. de contr. empt. l. 10. in fin. ff. de jur. dot. l. 95. in pr. ff. de solut. 17 Id est, sub alternatione, quemadmodum stipulatus est, utque talis sit actio, qualis stipulatio. l. 75. §. illud. §. quis illud. ff. de verb. obl. 18 Generalis, æque ac alternativa, l. 32. in fin. ff. de condic. indeb. 19 Nec enim æstimatio ad rem, sed ad utilitatem debitoris referenda est: quin etiam, quod invito sit, ei melius fieri videri non potest. v. l. ut. ff. de usu & habit. 20 De qua §. 10. l. de except. 21 Quæ desideratur. 22 l. 2. in pr. C. de plus petit. 23 d. l. 2. §. ult. 24 Excipit legem l. C. de condic. ex lege. 25 d. l. 2. §. 1.

26 Et ita libellum emendare potest. l. 3. C. de edend. 27 Si residuum petitum sit, v. l. 18. ff. comm. divid. 28 Uique ad sententiam, v. l. ult. C. de error. advoc. porro quando emendare & mutare libellum quis possit, v. Doctores in l. edita. C. de edendo. 29 l. 47. §. 2. D. de pecul. 30 J. tit. prox. 31 Et contra mulierem, l. 17. l. 20. ff. de rejudic. 32 Impensarum nomine. l. 5. & tot. tit. de impens. in res dotal. 33 l. 1. l. 5. d. l. 56. §. 2. ff. de jur. dot. 34 Id est, omnibus ascendentibus. l. 16. in fin. ff. de rejudic. 35 l. 17. ff. de rejudic. 36 d. l. 16. 37 l. 12. D. de donat. 38 l. ult. C. de compens. 39 v. l. §. C. de compens. 40 Novell. 135. v. l. 4. D. de cess. bon. 41 Vid. exceptiones apud Socinum reg. 47. 42 Lib. 14. D. §. 5. & Lib. 4. C. 25. 26. 43 §. 36. §. tit. prox. 44 §. 6. J. eod. 45 v. l. 1. in pr. D. quod jussu. 46 v. lib. 14. D. l. 1. & 4. C. 25. 47 Et alium quemvis, J. eod. 48 l. 1. §. exercitorem. ff. de exercitoria. 49 l. 3. 4. §. in pr. & 18. ff. de institut. 50 Qui certæ rei aut facti institores, l. 5. §. idem aut. D. eod. 51 Quia actio-ne de peculio conventus dominus vel pater ante omnes creditores suum debitum præcipit. l. 9. §. 2. ff. de pecul. 52 Id est, non prohibente: ut non sit necesse dominum velle: sufficiat autem nolle. l. 1. §. scientiam. ff. de tributaria. 53 l. 1. in pr. D. de tribut. 54 l. 5. in fin. ff. de tribut. 55 De in rem verso actio non nititur domini voluntate, sed utilitate. 56 l. 1. D. de in rem verso. 57 Ex superioribus collige, ex jussu domini generali dari actionem quod jussu: ex speciali, exercitoriam, si navi, institutoriam, si tabernæ, Quasi institutoriam, si certæ rei servum aut quemvis præposuit: ex gesto servi patiente domino, Tributariam: eo ignorante, actionem de in rem verso, si quid versum est, vel si rarum dominus habuit: de peculio, si nihil versum est: adversus parentem aut dominum actionem tribui. Et hæc de contractibus hujusmodi personarum, siquidem prox. tit. de illarum delictis, ut & tit. 9. de pauperie facta ab animalibus dicitur. 58 Idque privilegio parentum & dominorum singulari. l. 9. §. 2. D. de pecul.

eo pertinet, ut si quid vicario suo servus debeat, id ex peculio eius non deducatur. §. 1. Ceterum dubium non est, quin is quoque qui iussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit, de peculio, deque eo quod in rem domini versum est, agere possit. Sed erit stultissimus, si omitta actione, qua facillime solidum ex contractu consequi possit: se ad difficultatem perducatur probandi in rem domini versum esse, vel habere servum peculium, & tantum habere ut solidum sibi solvi possit. Is quoque cui tributaria actio competit, aequè de peculio & de in rem verso agere potest. Sed sane huic modo tributaria expedit agere, modo de peculio, & de in rem verso. Tributaria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non est, id est, quod domino debetur, non deducitur: sed eisdem juris est dominus, cujus & ceteri creditores. At in actione de peculio ante deducitur, quod domino debetur: & in id quod reliquum est, creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur: at in tributaria eius tantum, quo negotiatur. Et potest quisque tertia parte peculii, aut quarta, vel etiam minima negotiari: majorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut sœnebri pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certe qui potest probare, in rem domini versum esse: de in rem verso agere debet. §. 6. Quæ diximus de servo & domino, eadem intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre avove, cujus in potestate sunt. §. 7. Illud proprie servatur in eorum persona, quod SC. Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dare eis qui in potestate parentis sunt: & ei qui crediderit, denegatur actio tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve (sive adhuc in potestate sint, sive morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœperint) quam adversus patrem avumve: sive eos habeat adhuc in potestate, sive emancipaverit. Quæ ideo Senatûs prospexit, quia sæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum insidiabantur. §. 8. Illud in summa admonendi sumus, id quod iussu patris, dominive contractum fuerit, quodque in rem eius versum erit: directo quoque posse a patre dominove condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque qui exercitoria vel institoria actione tenetur, directo posse condici placet: quia hujus quoque iussu contractum intelligitur.

## TIT. VIII.

## DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

De servis. Summa. 1. Quil sit noxa & noxia. 2. Ratio harum actionum. 3. Effectus noxæ deditiois. 4. De origine harum actionum. 5. Qui conveniuntur noxali actione. 6. Si servus domino noxiam commiserit: vel contra. 7. De filiisfam.

EX maleficiis servorum, veluti si furtum fecerint, aut bona raperint, aut damnum dederint, aut injuriam commiserint: noxales actiones proditæ sunt, quibus domino damnato permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere. §. 1. Noxa autem est [ipsum] corpus quod nocuit, id est servus: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria. §. 2. Summa autem ratione permittitur, noxæ deditioe fungi. Namque erat iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse. §. 3. Dominus noxali iudicio servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur: nec minus in perpetuum ejus servi dominium a domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est [servus] refarcierit quæsitæ pecunia: auxilio Prætoris invito domino manumittitur. §. 4. Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: veluti furti ex Lege XII tabularum, damni injuriæ ex lege Aquilia. Edicto Prætoris: veluti injuriarum, & vi bonorum raptorum. §. 5. Omnis autem noxalis actio caput sequitur. Nam si servus tuus noxiam commiserit: quamdiu in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem pervenerit: cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit: directo ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diverso quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxiam commiserit, & is servus tuus esse cœperit (quod quibusdam casibus efficit, primo libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset. §. 6. Si servus domino noxiam commiserit: actio nulla nascitur. Namque inter dominum & eum qui in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque & si in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit: neque cum ipso, neque cum eo cujus nunc in potestate sit, agi potest. Unde si alienus servus noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit, interdicitur actio: quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque licet exierit de tua potestate, agere non potes: quemadmodum si dominus in servum suum aliquid commiserit: nec si manumissus aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest. §. 7. Sed veteres quidem hoc in filiisfamilium masculis & sœminis admiserunt: nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem recte respuendam esse existi-

mavit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiat filium suum, & maxime filiam, in noxam alii dare: ut pene per [filii] corpus pater magis quam filius periclitetur: cum in filiabus etiam pudicitia favor hoc bene excludat? Et ideo placuit, in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus sæpius dictum, ipsos filiosfamilium pro suis delictis posse conveniri.

## TIT. IX.

## SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICATUR.

De actione si quadrupes, ex leg. XII. tab. 1. De actione ædilitia concurrente cum actione de pauperie.

ANIMALIUM nomine, quæ ratione carent, si qua lascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint: noxalis actio Lege XII. tab. prodita est. (Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita Lex XII. tabularum scripta est), ut puta, Si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus, [cornu] petierit. Hæc autem actio in iis quæ contra naturam moventur, locum habet. Ceterum si genitalis sit feritas, cessat actio. Denique si ursus fugerit a domino, & sic nocuerit; non potest quondam dominus conveniri: quia desinit dominus esse, ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum. Nec enim potest animal injuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem. §. 1. Ceterum sciendum est, ædilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum, leonem ibi habere, qua vulgo iter fit, & si adversus ea factum erit, & nocitum libero homini esse dicatur: quod bonum & æquum iudici videtur, tanti dominus condemnatur, ceterarum [vero] rerum, quanti damnum datum sit, dupli. Præter has autem ædilitias actiones & de pauperie locum habebit. Nunquam enim actiones, præsertim pœnales de eadem re concurrentes, aliam consumit.

## TIT. X.

## DE IIS PER QUOS AGERE POSSUMUS.

Per quos agere licet. 1. Quibus modis Procurator constituitur. 2. Quibus modis tutores vel curatores constituuntur.

NUNC admonendi sumus agere posse quemlibet hominem aut suo nomine, aut alieno. Alieno: veluti procuratorio, tutorio, curatorio; cum olim in usu fuisset, alterius nomine agere non posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Præterea lege Hostilia permittitur erat furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut republicæ causa abessent, quive in eorum cujus tutela essent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat: cœperunt homines per procuratores litigare. Nam & morbus, & ætas, & necessaria peregrinatio, itemque alia multæ causæ sæpe hominibus impedimento sunt quo minus rem suam ipsi exequi possint. §. 1. Procurator neque certis verbis, neque præsentem [semper] adversario, imo plerumque eo ignorante constituitur. Cuicumque enim permiseris rem tuam agere aut defendere: is tuus procurator intelligitur. §. 2. Tutores & curatores quemadmodum constituuntur, primo libro expositum est.

## TIT. XI.

## DE SATISDATIONIBUS.

Jus antiquum de iudicio reali. 1. De iudicio personali. 2. Jus novum de reo. 3. De procuratore actoris. 4. De procuratore rei præsentis. 5. vel absentis. 6. Unde hac forma discenda. 6. Unde hac forma observanda.

SATISDATIONUM modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisfidare postuleret, nec litis æstimationem: potestas esse petitori, aut cum eo agendi, aut cum fidejussoribus ejus, quæ satisfidatio appellatur, iudicatum solvi. Unde autem sic appelletur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod fuisset iudicatum. Multo magis is qui in rem actione conveniebatur, satisfidare cogebatur, si alieno nomine iudicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisfidare non cogebatur. Procurator vero si in rem agebat, satisfidare jubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores [vero] & curatores eodem modo quo & procuratores satisfidare debere, verba edicti faciebant: sed aliquando his agentibus satisfidatio remittebatur. Hæc ita [erant] si in rem agebatur.

§. 1. Si vero in personam: ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus in actione, qua in rem agitur. Ab ejus vero parte cum quo agitur, si quidem alieno nomine aliquis interveniret, omnimodo satisfidaret: quia nemo defensor in aliena re

1 v. l. 17. ff. de pecul. 2 l. i. ff. de tributaria. 3 v. §. 4. in fin. §. eod. 4 v. l. 11. D. de tributaria. 5 l. §. 2. ff. de in rem verso. 6 §. eod. in pr. 7 l. i. ff. ad SC. Maced. & C. eod. tit. 8 l. i. l. 3. §. 3. vers. nam pecunia. ff. ad SC. Maced. 9 Id est, suo nomine. l. i. de in rem verso. l. i. quod iussu. 10 Lib. 9. D. 4. §. 3. C. 41. 11 Dicitur enim superiori tit. de eorum contractibus. 12 Servus qui furtum fecerit, damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxæ dedit potest. Paul. 2. sent. 31. §. 7. 13 Ad sententiæ executionem ulque l. 20. §. 5. ff. de perit. her. & sic intelligenda est lex l. ff. de noxal. 14 Noxam a noxia hic distinguit Tribonianus, quod Grammatici notant: & male. Noxa enim a nocendo. Noxiam vero pro maleficio usurpat Plautus Bacchidibus, Careo noxia. Sic noxa pro noxia apud Virgil. 15 Noxa caput sequitur. l. 20. ff. de noxalib. act. l. i. §. 2. ff. de priv. delict. S. l. 16 l. 238. in fin. ff. de verb. sign. 17 l. 7. §. 1. D. de damn. infict. l. 1. §. 15. ff. de vi & vi. 18 l. 2. C. h. t. 19 Quia actor non plene jus potestatis adeptus erat. arg. l. 2. in fin. D. si ex noxali causa. 20 Accursius subaudit, non manifesti, ut eo sensu constituitur furti manifesti actionem prætoriam: verum hæc vox de furto quoque manifesti intelligenda est, quia generalis est. Deinde ex ipsis legibus. 12. Tab. constat furti manifesti quoque actionem descendere. Neque pugnat quod J. in princ. de perpetuis & temporalibus actionibus actio furti manifesti dicitur esse Prætoriam. Pœnam enim pecuniariam Tribonianus illo loco spectavit, quæ a Prætoribus est inventa, & ita quoque Theophilus ibidem scriptum reliquit. 21 v. l. 17. §. 4. ff. de injur. 22 Servus si furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso vel emptore agi potest. Noxa enim caput sequitur. Paul. 2. sent. 31. §. 8. 23 l. i. in fin. ff. de privat. delict. 24 Quoties fuit, qui liber deliquit, servus factus est.

25 v. §. servi autem. 4. §. de iure person. 26 l. i. in fin. C. h. t. 27 l. 11. in princ. vers. sed & ff. de minorib. 28 l. 37. D. h. t. 29 l. 37. D. eod. alias intercidit, ἀποκρίσθηται. Theoph. 30 v. l. 16. D. ad l. Aquil. 31 Ut noxæ dedantur ff. l. 33. 34. 35. D. h. t. 32 l. 8. in fin. D. quod met. caus. 33 Furti directa actio hodie in ipsos filiosfam. datur, a patre non defenso, ut hic. §. l. 33. l. 34. D. de noxalib. act. Olim in eos tantum emancipatos directa erat. Paul. 2. sent. 31. §. 9. 34 l. 57. D. de iudicis. §. l. 39. D. de oblig. & act. 35 Lib. 9. D. 1. 36 Nam rerum inanimatarum nomine alia actione agitur. 37 l. i. ff. h. t. 38 Olim de pastu dabatur. Paul. 1. sent. 15. 39 Id est, contra suam qualitatem naturalem, v. que scripti ad l. i. §. 7. ff. eod. 40 Naturalis, d. l. i. §. 10. 41 v. l. 33. in fin. C. de inoff. testam. 42 l. 40. 41. 42. ff. de adil. edict. 43 l. 60. D. de oblig. & act. l. 150. D. de reg. jur. 44 Forte hoc addidit, ut intelligeremus præcis temporibus suo tantum nomine agere licuisse, idque mero iure, ut dixi ad l. 123. D. de regul. jur. Nunc vero utilitatis causa necesse esse, lege agere, etiam alieno nomine. 45 Adeo ut senibus non daretur etiam excusatio. l. Gell. 20. 46 Ne servus egisse cognosceretur; assertores & vindices constituti erant. Hot. 47 Quia minor per ætatem se defendere nequit. 48 Permissum fuerat agere. Hot. 49 l. i. §. 2. ff. de procur. 50 Et absente. l. i. l. 65. D. de procur. 51 Lib. 2. D. 8. Lib. 2. C. 57. 52 l. 33. in pr. ff. de fidejuss. l. 8. ff. jud. solvi. l. un. C. uti possid. 53 Nam & de rato cavebat. l. 40. §. sed & ii. D. de proc. 54 Quæ extant l. 33. §. 3. D. de procur. sine

sine satisfactione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam: iudicatum solvi, satisfacere non cogebatur. §. 2. Sed hodie hæc aliter observantur. Sive enim quis in rem actione convenitur, sive personali suo nomine: nullam satisfactionem pro litiis æstimatione dare compellitur: sed pro sua tantum persona, quod in iudicio permaneat usque ad terminum litiis, vel committitur suæ promissioni cum iurejurando (quam juratoriam cautionem vocant) vel nudam promissionem, vel satisfactionem pro qualitate personæ suæ dare compellitur. §. 3. Sin autem per procuratorem lis vel inferitur, vel suscipitur: in actoris quidem persona si non mandatum actis insinuatum est, vel præsens dominus litiis in iudicio procuratoris sui personam confirmaverit, ratam rem dominum habiturum satisfactionem procurator dare compellitur: eodem observando, & si tutor, vel curator, vel aliæ tales personæ quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibusdam per alium inferunt. §. 4. Si vero aliquis convenitur: siquidem præsens procuratorem dare paratus est: potest vel ipse in iudicium venire, & sui procuratoris personam per iudicatum solvi (satisfactionem solenni stipulatione) firmare, vel extra iudicium satisfactionem exponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus iudicatum solvi satisfactionis clausulis. Ubi & de hypotheca suarum rerum convenire compellitur: sive in iudicio promiserit, sive extra iudicium caverit: ut tam ipse quam heredes eius obligentur. Alia insuper cautela, vel satisfactione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiæ recitandæ (in iudicium) veniet: vel si non venerit, omnia dabit fideiussor, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit provocatus. §. 5. Si vero reus præsto ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem eius subire: nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere: ita tamen, ut satisfactionem iudicatum solvi pro litiis æstimatione præstet. Nemo enim secundum veterem regulam (ut jam dictum est) alienæ rei sine satisfactione defensor idoneus intelligitur. §. 6. Quæ omnia apertius & perfectius a quotidiano iudiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent. §. 7. Quam formam non solum in hac regia Urbe, sed [etiam] in omnibus nostris Provinciis (etsi propter imperitiam forte aliter celebratur) obtinere censemus: quum necesse sit, omnes Provincias, caput omnium nostrarum civitatum, id est, hanc regiam Urbem, ejusque observantiam sequi.

TIT. XII.

DE PERPETUIS ET TEMPORALIBUS ACTIONIBUS, ET QUÆ AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEUNT.

De perpetuis & temporalibus actionibus. 1. De actionibus quæ in heredem transeunt, vel non. 2. Si pendente iudicio reus actori satisfecerit.

Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones, quæ ex lege Senatusve consulto, sive ex sacris Constitutionibus proficiuntur, perpetuo solere antiquitus competere, donec sacre constitutiones, tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt: eas vero quæ ex propria Prætoris jurisdictione pendunt, plerumque intra annum vivere: nam & ipsius Prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, usque ad finem ex constitutionibus introductum: quales sunt eæ, quas bonorum possessori, caterisque qui heredis loco sunt, accommodat. Furti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius Prætoris jurisdictione proficiatur: tamen perpetuo datur: absurdum enim esse existimavit, anno eam terminari. §. 1. Non autem omnes actiones quæ in aliquem aut ipso jure competunt, aut a Prætoribus dantur: & in heredem æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficiis pœnales actiones in heredem [rei] non competere: [veluti] furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Sed heredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur: excepta injuriarum actione, & si qua alia similis invenitur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit: veluti cum testator dolose verfatus sit, & ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenit. Pœnales autem actiones quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint contestatæ, & heredibus dantur, & contra heredem transeunt. §. 2. Superest, ut admoneamus, quod si ante rem iudicatam, is cum quo actum est, satisfaciatur actori: officio iudicis convenit eum absolvere, licet in ea causa fuisset iudicium accipiendi tempore, ut damnari deberet: & hoc est quod antea vulgo dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse.

TIT. XIII.

DE EXCEPTIONIBUS.

Continuatio. Ratio exceptionum. 1. Exempla, quod metus causa, de dolo, in factum. 2. De non numerata pecunia. 3. De pacto. 4. De iurejurando. 5. De re iudicata. 6. De ceteris exceptionibus. 7. Divisio prima. 8. Divisio secunda. 9. De peremptoriis. 10. De dilatoriis. 11. De dilatoriis ex persona.

Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa perfectio, qua actor experitur, iusta sit; tamen iniqua sit adversus eum cum quo agitur.

§. 1. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut

errore lapsus, stipulanti Titio promissisti, quod non debueras [promittere]; palam est, jure civili te obligatum esse: & actio qua intenditur, dare te oportere, efficax est: sed iniquum est te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum, composita ad impugnandam actionem. §. 2. Idem juris est, si quis [quasi] credendi causa pecuniam a te stipulatus fuerit, neque numeravit. Nam eam pecuniam a te petere posse eum, certum est: dare enim te oportet: quum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere: cujus tempora nos (secundum quod jam superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coarctavimus. §. 3. Præterea debitor si pactus fuerit cum creditore, ne se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto convento obligationes non omnino dissolvuntur: qua de causa efficax est adversus eum actio quam actor intendit, si apparet eum dare oportere. sed quia iniquum est, contra pactio-nem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conventi.

§. 4. Æque si debitor creditore deferente juraverit, nihil se dare oportere: adhuc obligatus permanet: sed quia iniquum est de perjurio queri; defenditur per exceptionem iurisjurandi. † In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æque necessariae sunt exceptiones, veluti si petitor deferente possessor juraverit eam rem suam esse, nihilominus petitor eandem rem vindicet: licet enim verum sit, quod intendit, id est, rem ejus esse: iniquum tamen est possessorem condemnari. §. 5. Item si in iudicio tecum actum fuerit, sive in rem, sive in personam: nihilominus obligatio durat: & ideo ipso jure de eadem re postea adversus te agi potest: sed debes per exceptionem rei iudicatæ adjuvari. §. 6. Hæc exempli causa retulisse sufficiat. Alioqui, quam ex multis variisque causis exceptiones necessariae sint, ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest. §. 7. Quarum quædam ex legibus vel ex iis quæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius Prætoris jurisdictione substantiam capiunt. §. 8. Appellantur autem exceptiones aliæ perpetuæ & peremptoriæ, aliæ temporales & dilatoriæ. §. 9. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur, perimunt: qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conventi, cum ita convenerit, ne omnino pecunia peteretur. §. 10. Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conventi: cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium: nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ii, quibus intra certum tempus agere volentibus objicitur exceptio aut pacti conventi, aut alia similis; differre debent actionem, & post tempus agere: ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint, objectaque sit exceptio: neque eo iudicio quicquam consequerentur, propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant: cum temere rem in iudicium deducebant, & consumebant: qua ratione rem amittebant. Hodie autem non ita stricte hoc procedere volumus: sed eum qui ante tempus actionis vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ constitutioni subjacere censemus: quam sacratissimus Legislator de iis qui tempore petierint, protulit: ut & inducias quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit: in duplum habeant ii qui talem injuriam passi sunt: & post eas finitas non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceant observare. §. 11. Præterea etiam ex persona sunt dilatoriæ exceptiones, quales sunt procuratoriæ. Veluti si per militem aut mulierem agere quis velit. Nam militibus nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex sacro Rescripto procuratorio nomine experiri conceditur: suis vero negotiis superesse sine offensa [militaris] disciplina possunt. † Eas vero exceptiones, quæ olim procuratoribus propter infamiam vel dantis vel ipsius procuratoris opponebantur, cum in iudiciis frequentari nullo modo perpeximus, conquisescere sancimus: ne dum de iis altercatur, ipsius negotii disceptatio proteletur.

TIT. XIV.

DE REPLICATIONIBUS.

De replicatione. 1. De duplicatione. 2. De triplicatione. 3. De ceteris exceptionibus. 4. Quæ exceptiones fideiussoribus profunt, vel non.

Interdum evenit, ut exceptio, quæ prima facie iusta videtur, [tamen] inique noceat: quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris gratia: quæ replicatio vocatur: quia per eam replicatur, atque resolvitur jus exceptionis. veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat: deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditor petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnatur, si non convenerit, ne eam pecuniam creditor petat, nocet ei exceptio. Convenit enim ita: namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti sunt: sed quia iniquum est creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento. §. 1. Rursus interdum evenit, ut replicatio quæ prima facie iusta est, inique noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei gratia quæ duplicatio vocatur. §. 2. Et si rursus ea prima facie

1 v. l. 45. §. 2. l. 53. D. de procur. 2 v. Nov. 112. c. 2. Hodie non est id in usu apud Gallos. v. Rebuff. in prom. consil. reg. gloss. §. n. 3. 3 v. Nov. 112. cap. 2. 4 v. l. 12. C. de prox. sac. scrip. lib. 12. 5 v. l. 6. in fin. D. ut legator. f. fidei-comm. servand. 6 v. Nov. 113. c. 3. vel literas adversario direxerit de rato. v. l. 65. D. de procur. 7 Vid. tit. Digestorum, Ratam rem haberi. 8 l. 2. §. 2. C. de iurejur. 9 l. 2. §. 2. C. de consoribus ejusdem litiis. 10 Vide titulum Digestorum, Iudicatum solvi. Hujusmodi stipulatio hodie apud Gallos non est in usu. 11 l. 5. in pr. ff. satisfacere cog. 12 §. 1. §. eod. l. 110. §. 1. ff. de reg. jur. 13 l. 44. D. 3. 14 l. 3. l. 4. C. de prescr. 30. ann. 15 Ut & rerum usucapionibus. Cur? boni publici causa. l. 1. ff. de usurpationibus. 16 Cur ita? v. l. 35. ff. de obl. & action. 17 l. 2. ff. de possess. her. pet. 18 Ex legibus. 19 Civilis constitutio. l. 1. ff. de privatis delictis. adde l. 111. §. 1. ff. de reg. jur. l. 2. in fin. ff. vi bon. rapt. 20 ad de §. 9. §. 3. de l. Aquil. 21 Furti manifesti, concepti, & oblatis actio heredi competit. Sed in heredem non datur. Paul. 2. sent. 31. §. 6. 22 l. 1. §. 44. ff. de vi & vi arm. 23 Regulariter contra l. 12. l. 49. ff. de obl. & action. 24 Hæc particula delenda. v. Cujac. ad l. 121. in fin. ff. de verb. oblig. 25 v. l. 26. ff. de obl. & action. 26 Idem dicendum, si heres factus est locupletior, tunc enim actio transit, quantum ad ipsum pervenit. l. 23. §. hanc actionem. ff. ad l. Aquil. l. un. C. ex delict. defuncti. 27 l. 44. D. 1. l. 8. C. 36. 28 v. l. 2. in pr. ff. h. t. 29 v. l. 9. C. de cont. stipul. l. 4. §. pen. ff. de doli mali except. 30 v. l. 5. C. de inutil. stip. 31 v. l. 57. ff. de obl. & action. 32 l. 2. §. & generaliter. l. 4. §. adversus. ff. de doli mali except.

33. l. 2. §. 3. ff. de doli mali. 34 v. §. de literar. obl. 35 Biennium. 36 Tit §. de literar. oblig. 37 l. 2. §. 4. ff. de doli mali & metus except. 38 Id est, ipso jure. l. 27. §. pactus. 2. ff. de pact. 39 l. 7. §. sed cum nulla. ff. de pact. 40 An quia iusjurandum non est modus tollendæ obligationis jure civili? an ex alia causa? 41 v. l. 40. ff. de iurejur. 42 l. 3. §. 1. ff. de iurejur. 43 v. l. 7. §. & generaliter. ff. de except. rei jud. 44 l. 3. in pr. ff. eod. 45 l. 27. §. si cum. 1. ff. de pact. v. l. 19. C. de prob. l. 12. C. de except. 46 Potest tamen creditor ante tempus cautionem exigere, casu quo animadverit debitorem sua dilapidare, ne postea inanis fiat actio. l. 41. ff. de iudic. l. inter omnes. ff. qui satisf. cog. l. quod si in diem. §. 1. ff. de petit. heredit. l. 2. ff. de Evict. Anf. Adde l. 14. ff. de pignor. & ibi Bart. Bald. Costal. Caccialup. in tract. de debitore suspecto. Moss. de contract. h. ubi de pignori. vers. que actio. num. 12. 13. Menoch. de Arbitr. iud. lib. 1. cent. 1. cas. 87. S. l. 47 De qua v. l. 33. in fin. §. de act. 48 l. 2. in fin. ff. h. t. 49 l. 41. ff. de procuratoribus. 50 l. 7. l. 9. C. de procur. l. 31. C. de locato. l. 8. §. 2. ff. de procurat. 51 Eorum scilicet, & utilitatem. 52 Est enim honor, per procuratorem litigare. l. ult. C. de injuriis. l. 19. §. 2. ff. de probat. 53 l. 19. §. 2. ff. de probat. ubi dixi. Goth. Intimus procurator esse potest, hoc §. secus jure Canonico, can. 1. §. 2. & ibi Gloss. qu. 7. caus. 3. quod tanquam honestius hodie servatur. Andr. Gail. vid. l. 21. ff. de accusat. & l. 6. C. de procurat. Anf. 54 l. 10. C. de except. 55 l. 2. §. 2. & 3. l. 22. ff. de except. d. l. 10. C. de except. 56 l. 27. §. pactus, ne peteres. ff. de pact. 57 l. 2. §. sed & contra. ff. de except.

justa videatur, sed propter aliquam causam actori iniue noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adjuvetur: quæ dicitur triplicatio.

§. 3. Quarum omnium exceptionum usum interdum ulterius, quam diximus, varietas negotiorum intröducit, quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est agnoscere. §. 4. Exceptiones autem quibus debitor defenditur, plerumque adcommodari solent, etiam si fideiussoribus ejus, & recte: quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur, quia mandati iudicio redditurus est eis quod [ii] pro eo solverint. Qua ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit; placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quædam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, si bonis cesserit. Sed hæc exceptio fideiussoribus non datur: ideo scilicet quia quilibet alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit, ut cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligavit, suum consequi.

## TIT. XV.

## DE INTERDICTIS.

Continuatio & definitio. 1. Divisio prima. 2. Divisio secunda. 3. De interdictis adipiscendis. 4. De interdictis retinendis. 5. De retinenda vel acquirenda possessione. 6. De interdicto recuperanda, & affinis remediis. 7. Divisio tertia. 8. De ordine, & vetere exitu seu ritu.

Sequitur, ut dispiciamus de interdictis, seu actionibus quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut jubeat aliquid fieri, aut fieri prohibeat: quod tunc maxime fiebat, cum de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur. §. 1. Summa autem divisio interdictorum hæc est: quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. † Prohibitoria sunt, quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidentem vel mortuum inferenti, quo ei jus erat inferendi, vel in sacro loco ædificari, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur. † Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid jubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum quæ quis pro herede aut pro possessore possidet [ex ea hereditate]: aut cum jubet ei, qui vi de possessione fundi dejectus sit, restitui possessionem. † Exhibitoria sunt, per quæ jubet exhiberi: veluti eum cujus de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos, qui in potestate ejus sunt. † Sunt tamen, qui putent proprie interdicta ea vocari quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denunciare & prohibere: restitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur. §. 2. Sequens divisio interdictorum hæc est, quod quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ. §. 3. Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur, *Quorum bonorum*, ejusque vis & potestas hæc est: ut quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat: id ei cui bonorum possessio data est, restituere debeat. † Pro herede autem possidere videtur, qui putat se heredem esse. Pro possessore is possidet qui nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. † Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum: quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est. † Interdictum quoque quod appellatur *Salvianum*, adipiscendæ possessionis causa comparatum est: eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. §. 4. Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta *uti possidetis* & *utrubi*: cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit: & ante queratur, uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat? Namque nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui: quia & civilis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius a possidente petat. Et quia longe commodius est [& potius] possidere, quam petere: ideo plerumque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum autem possidendi in eo est, quod etiam si ejus res non sit, qui possidet: si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet [in] suo loco possessio: propter quam causam cum obscura sunt utriusque jura, contra petitorum iudicari solet. † Sed interdicto quidem *uti possidetis*, de fundi vel ædium possessione contenditur: *utrubi* vero interdicto de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimum inter se differentiam apud veteres habebat. Nam *uti possidetis* interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem: etiam si alium vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquid, ut sibi possidere liceret: *utrubi* vero interdicto is vincebat, qui majore parte ejus anni, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est: ut ille vincat [&] in re soli, & in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam,

nec precario ab adversario litis contestata tempore detinet. §. 5. Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed & si ejus nomine aliquis in possessione sit, licet is ejus juri subiectus non sit, qualis est colonus & inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commodaverit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur retinere possessionem posse aliquem per quemlibet, qui ejus nomine sit in possessione. † Qui etiam animo quoque solo retineri possessionem placet: id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius: tamen si non relinquendæ possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videatur. † Adipisci vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est, quin animo solo adipisci possessionem nemo possit. §. 6. Recuperandæ possessionis causa solet interdicti, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum *unde vi*, per quod is qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem: licet is ab eo qui vi deiecit, vi, vel clam, vel precario possideat. Sed ex Constitutionibus sacris (ut supra diximus), si quis rem per vim occupaverit, siquidem in bonis ejus est, dominio ejus privatur: si aliena, post ejus restitutionem, etiam æstimationem [rei] dare vim passio compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim deiecit: tenetur lege Julia de vi privata, aut de vi publica: sed de vi privata, si sine armis vim fecerit: sin autem cum armis eum de possessione vi expulerit, de vi publica [tenetur.] Armorum autem appellatio non solum scuta, & gladios, & galeas: sed & fustes, & lapides significari intelligimus. §. 7. Tertia divisio interdictorum hæc est, quod aut simplicia sunt, aut duplicia. † Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus [est]: qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. Nam actor is est qui desiderat aut exhiberi, aut restitui. Reus autem is est a quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum Prætor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico, ripave ejus aliquid fieri. Nam actor est qui desiderat ne quid fiat: reus est qui aliquid facere conatur. † Duplicia sunt, veluti *uti possidetis* interdictum, & *utrubi*. Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur: sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet. §. 8. De ordine & vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem jus dicitur (qualia sunt hodie omnia judicia) non est necesse reddi interdictum: sed perinde judicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

## TIT. XVI.

## DE POENA TEMERE LITIGANTIUM.

De penis in genere. 1. De jurejurando, & pena pecuniaria. 2. De infamia. 3. De in jus vocando.

Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qui jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam agentium quam eorum cum quibus agitur, modo pecuniaria poena, modo jurisjurandi religione, modo infamiae metu coercetur. §. 1. Ecce enim jusjurandum omnibus qui conveniuntur, ex Constitutione nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius juraverit, quod putans se bona infantia uti, ad contradicendum pervenit. At adversus inficientes ex quibusdam causis dupli [vel tripli] actio constituitur: veluti si damni injuriæ, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris quam simpli est actio: veluti furti manifesti, quadupli: nec manifesti, dupli. Nam ex his & aliis quibusdam causis (sive quis neget, sive fateatur) pluris quam simpli est actio. † Item actoris quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex nostra Constitutione. † Utriusque etiam partis Advocati jusjurandum subeunt, quod alia nostra constitutione comprehensum est.

† Hæc autem omnia pro veteri calumniæ actione introducta sunt, quæ in defuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores multabat, quod nusquam factum esse invenimus: sed pro his introductum est [&] præfatum jusjurandum, & ut improbus litigator [&] damnus, & impenfas litis inferre adversario suo cogatur. §. 2. Ex quibusdam judiciis damnati, ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus. Item pro focio, quæ ab utraque parte directa est: & ob id quilibet ex focio eo iudicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed & pacti: & recte. Plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit. §. 3. Omnium autem actionum instituendarum principium, ab ea parte Edicti proficitur, qua Prætor edicit de in jus vocando. Utiq; enim in primis adversarius in jus vocandus est: id est, ad eum vocandus qui jus dicitur sit. Qua parte Prætor parentibus & patronis, item parentibus liberisque patronorum & patronarum hunc præstat honorem: ut non aliter liceat liberis libertisque eos in jus vocare, quam si id ab ipso Prætor postulerint, & impetraverint. Et si quis aliter vocaverit: in eum poenam solidorum quinquaginta constituit.

1 l. 7. l. 19. ff. l. 11. C. de except. l. 16. l. 49. ff. de fideiuss. & mandat. 2 De quo prædicatur species, de eodem & genus prædicatur. 3 l. 3. C. de bonis auctoritate iudicis. l. 17. in pr. D. de recept. qui arbit. 4 Al. nisi & Basilica ad l. 3. C. de bon. auct. ad si in i. & ita legendum apud Theophilum, non i. & g. v. 5 l. 43. D. l. 8. C. l. 6 Summa dicitur ab officio interdictorum. l. 1. §. interdictorum. ff. h. t. 7 l. 1. §. prator. D. de mortuo infer. 8 Hæc divisio ab interdictorum sine sumitur. l. 2. §. hæc autem. D. h. t. 9 D. & C. quorum bonorum. 10 l. 11. in pr. ff. de pet. hered. l. 33. §. 1. ff. de usucapion. 11 v. l. 11. §. 1. l. 12. l. 13. §. 2. ff. de pet. her. 12 l. 2. §. adipiscendæ. 3. in med. D. h. t. & l. 2. D. de Salviano interdicto. 13 v. l. 37. in fin. D. de oblig. & act. 14 v. l. 3. C. h. t. 15 l. 62. ff. de iudic. Sarracient. lib. 1. cap. 2. n. 1. & 2. Anf. 16 l. 1. §. 1. ff. de superficibus. 17 l. fin. ff. de adq. vel amitt. poss. l. fin. C. de rei vind. vide l. 123. ff. de reg. jur. 18 l. 1. §. hoc interdictum. ff. uti possidetis. 19 v. l. 1. §. fin. ff. uti possidetis. 20 l. 1. §. utrubi. v. l. 156. ff. de verb. sign. 21 l. un. ff. utrubi. 22 l. 1. §. 1. perpetuo. ff. uti possidetis. Goth. Qui hodie antiquiorem possessionem edocet tanquam iustiorum habens causam, prævalet. cap. Licet. de probat. Anf. 23 l. 9. ff. de adq. vel amitt. poss. 24 v. l. 8. l. 44. in fin. ff. de adq. vel amitt. poss. 25 Titulo per quas personas 26 v. l. 3. §. 1. D. de adq. vel amitt. poss. 27 l. 1. §. hoc interdictum. ff. de vi & vi. l. 2. C. unde vi. C. unde vi. 28 Et prado sit. c. 5. extra. de restit. spol. 29 v. l. 7. C. unde vi. 30 De qua l. 13. ff. de vi & vi arm. l. 32. ff. de penis. 31 v. l. 3. §. 2. ff. de vi & vi. 32 l. 2. in princ. ff. h. t. Sumpta est autem hæc divisio ab interdicendi forma. 33 Id est,

in quibus prætor non utrumque litigatorem (ut in *uti possidetis*) sed alterum tantum alloquitur, ut *Unde tu illum deiecit*. 34 l. 13. ff. de iudicis. 35 Cum unum tantum alloquitur prætor. l. 2. in pr. ff. nequid in loco publico. l. 1. in pr. ff. de fluminib. 36 v. l. 3. §. 1. ff. uti possidetis. 37 §. 1. §. de success. sublat. 38 v. l. 3. C. h. t. 39 l. 49. ff. de negotiis gest. 40 Id est, Jurisconsultos, Prætores, Principes. v. l. 2. C. de jurejur. propter calum. 41 Decima litis in libello comprehensæ. §. 1. J. eod. & Nov. 112. c. 2. 42 In inficiantibus sc. §. 1. J. eod. 43 l. 44. §. 4. ff. familia. Porro sacramentum pecunia erat litis causa ab utroque deposita, sic ut viti consecraretur, victori sua restitueretur. Varro 5. de lingua: Pitheus 1. subsecratarum 18. 44 §. 1. J. eod. 45 l. 14. §. 1. C. de iudicis. l. 2. C. de jurejurando propter calum. 46 v. l. 4. C. ad leg. Aquil. 47 §. 26. §. de act. 48 Altera pecuniaria poena est cause amissio, l. 1. C. de pena iud. & ad expensas condemnatio. l. 79. ff. de iudicis. 49 l. 2. C. de jurejur. propter cal. Goth. Al. addunt (quod non calumniandi animo litem movisset, sed existimando, se bonam causam habere.) Ut explicetur formula qua actor de calumnia jurat. §. 1. 50 l. 2. C. de jurejur. propter. 51 Hoc quemadmodum sublatum sit, aut ignoratum a Justiniano, prudens lector dijudicabit, ex Nov. 112. c. 2. in princ. v. Edictum 7. Justiniani. c. 5. 52 v. l. 4. C. de fructib. & lit. exp. 53 v. l. 4. in fin. ff. de his, qui notantur. 54 Cur non contrariis? v. l. 6. in fin. ff. de his, qui notantur. 55 l. 6. §. pactus. d. t. 56 l. 7. d. t. 57 l. 1. ff. de in jus vocando. l. 13. in fin. ff. de iudicis. 58 De forma vocationis v. quæ notari ad d. l. 1. 59 l. 3. C. de in jus. 60 l. 4. ff. de in jus. 61 l. 2. C. de in jus. 62 Alias 500. l. 12. 24. 25. ff. de in jus. v. Pich. 1. subsecratarum 18.

## TIT. XVII.

## DE OFFICIO JUDICIS.

De officio Judicis in genere. 1. De iudicio noxali. 2. De actionibus realibus. 3. De actione ad exhibendum. 4. Familia erciscunda. 5. Communi dividundo. 6. Finitium regundorum. 7. De adjudicatione.

**S**uperest, ut de Officio Judicis dispiciamus. Et quidem in primis illud observare debet Judex, ne aliter iudicet, quam legibus aut constitutionibus, aut moribus proditum est. §. 1. Ideoque si noxali iudicio aditus est, observare debet, ut si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare, *Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos condemnare, aut noxam dedere.*

§. 2. Et si in rem actum sit [coram Iudice]: sive contra petentem iudicaverit, absolvere debet possessorem: sive contra possessorem, jubere ei debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget in presenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei: ut tamen de liti estimatione caveat cum fideiussore, si intra tempus quod ei datum est, non restituerit. Et si hereditas petita sit: eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit: [sive illorum] quos perceperit: in utraque actione eadem ratio pene habetur, si prædo fuerit. Si vero bonæ fidei possessor fuerit; non habetur ratio [neque] consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum [fructuum] ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt. §. 3. Si ad exhibendum actum fuerit: non sufficit, si exhibeat rem is cum quo actum est; sed opus est, ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si, cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoque si inter moras [exhibendi] ufucapta sit res a possessore: nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medii temporis, id est, ejus quod post acceptum ad exhibendum iudicium, ante rem iudicatam intercesserit, rationem habere debet Judex. Quod si neget reus cum quo ad exhibendum actum est, in presenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur: dare ei debet, ut tamen caveat se restitutum: quod si neque statim iussu Judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id quod actoris intererat, si ab initio res exhibita esset. §. 4. Si familia erciscunda [iudicio] actum sit; singulas res singulis hereditibus adjudicare debet: & si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio; debet hunc invicem coheredi certa pecunia (sicut jam dictum est) condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est; quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruerit, aut consumpsit. Quæ quidem similiter inter plures quoque, quam duos coheredes, subsequuntur. §. 5. Eadem interveniunt, & si communi dividundo de pluribus rebus actum sit. Quod si de una re, veluti de fundo; siquidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat: partes 13 ejus singulis adjudicare debet: & si unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quod si 14 commode dividi non possit, veluti si homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus 15 uni adjudicandus est, & is invicem alteri certa pecunia condemnandus est. §. 6. Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet Judex, an necessaria sit adjudicatio: quæ sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est, ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari: quod casu conveniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari.

† Eo quoque nomine condemnandus est quisque hoc iudicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit: verbi gratia, quia lapides finales 16 furatus est, vel arbores finales excidit. † Contumacia quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur: veluti si quis jubente Iudice metri agros passus non fuerit. §. 7. Quod autem istis iudiciis alicui adjudicatum fuerit: id statim ejus sit, cui adjudicatum est 17.

## TIT. XVIII.

## DE PUBLICIS JUDICIIS 18.

Differentia a privatis. 1. Etymologia. 2. Divisio. 3. Exempla de lesa majestate. 4. De adulteriis. 5. De sicariis. 6. De parricidiis. 7. De falsis. 8. De vi. 9. De peculatu. 10. De plagariis. 11. De ambitu, Repetundis, Ammona, Residuis. 12. Excusatio.

**P**ublica iudicia neque per actiones ordinantur 19, neque omnino quicquam simile habent [cum] cæteris iudiciis 20, de quibus locuti sumus: magna que diversitas eorum est & in instituendo 21, & in exercendo 22. §. 1. Publica autem dicta sunt, quod cuivis ex

populo executio 23 eorum plerumque 24 datur. §. 2. Publicorum iudiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia 25 dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt [homines], vel [etiam] aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cætera, si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario: hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia. §. 3. Publica autem iudicia hæc sunt: lex Julia 26 majestatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem, vel Rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Cujus poena animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. §. 4. Item lex Julia de adulteriis coercendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio 27 punit, sed & eos 28 qui cum 29 masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Julia etiam stuprum flagitium punitur, cum quis sine vi 30 vel virginem, vel viduam honeste viventem stupraverit. Poenam autem eadem lex irrogat stupratoribus 31, si honesti sunt, publicationem partem 32 dimidiæ bonorum: si humiles, corporis coercionem cum relegatione. §. 5. Item lex Cornelia 33 de sicariis 34 quæ homicidas ultore ferro persequitur, vel eos qui hominis occidendi causa cum 35 telo ambulant. Telo 36 autem (ut Caius nostrarum ex interpretatione legum XII. Tab. scriptum reliquit) vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed & omne significat quod manu cujusque jacitur: sequitur ergo, ut lignum & lapis, & ferrum hoc nomine continetur: dictum ab eo quod in longinquum mittitur, [a] Græca voce τολύ 37 figuratum. Et [sic] hanc significationem invenire possumus & in Græco nomine. Nam quod nos telo appellamus, illi θόλος appellant. Admonet 38 nos epigrammata in Xerolopho urbis fastissimæ scripta, καὶ τὰ βέλη οὐκ ἔστιν ἐπίτο, λόγχας, τοξόματα, σφενδύνας, πλέθροι δὲ καὶ λίθοι. id est, *Et hujusmodi tela simul ab eis ferebantur, lancea, spicula, funda, plurimi autem & lapides.* Sicarii autem appellantur a sica 39, quod significat ferreum cultrum. Eadem lege & venefici 40 capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam fufurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice venderint.

§. 6. Alia deinde lex asperimum crimen nova poena persequitur, quæ Pompeia de parricidiis 41 vocatur: qua cavetur, ut si quis parentis aut filii, aut omnino adfinitatis ejus quæ nuncupatione parentum continetur, fata preparaverit 42 (sive clam, sive palam id ausus fuerit) [necnon is cuius dolo malo id factum est, vel confcius 43 criminis existit, licet extraneus sit,] poena parricidii puniatur, & neque gladio neque ignibus, neque ulli alii solenni poenæ subiciatur 44, sed infutus calleo cum Cane, & Gallo gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas ferales angustias comprehensus (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in viciniam mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superflui, [ & ] terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione 45 vel adfinitate personas conjunctas necaverit: poenam legis Corneliæ de sicariis sustinebit. §. 7. Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, poenam irrogat ei, qui testamentum 46, vel aliud instrumentum falsum scripserit 47, signaverit, recitaverit, subjecerit: vel signum 48 adulterinum fecerit, sculperit, expresserit, sciens dolo malo. Ejusque legis poena in servos, ultimum supplicium est (quod etiam in lege de sicariis & veneficis servatur): in liberos vero deportatio 49. §. 8. Item lex Julia de vi publica seu privata, adversus 50 eos exoritur qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed siquidem armata vis arguatur; deportatio 51 ei ex lege Julia de vi publica irrogatur: si vero sine armis, in tertiam 52 partem bonorum [suorum] publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus 53 virginis, vel viduæ, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ii qui opem [huic] flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem, ex qua hoc apertius possibile est scire. §. 9. Item lex Julia 54 pecularis eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem facram 55, vel religiosam furati fuerint. Sed siquidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint; capitali 56 animadversione puniuntur: & non solum hi, sed etiam 57 qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. Alii vero, qui in hanc legem inciderint: poenæ deportationis subjugentur. §. 10. Est & inter publica iudicia lex Fabia de plagariis 58, quæ interdum 59 capitis poenam ex sacris Constitutionibus irrogat, interdum levioerem. §. 11. Sunt præterea publica iudicia, lex Julia de ambitu 60, lex Julia repetundarum 61, & lex Julia de anona 62, & lex Julia de residuis 63, quæ de certis capitulis loquuntur: & animæ quidem amissionem non irrogant: aliis autem poenis eos subiciunt, qui præcepta earum neglexerint. §. 12. Sed de publicis iudiciis hæc exposuimus, ut vobis possibile sit summo 64 digito, & 65 quasi per indicem 66 ea tetigisse: alioqui diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo 67 propitio adventura est.

I 1. 40. §. 1. ff. de iudiciis. l. 1. §. 3. ff. ad Leg. Cornel. de falsis. l. 2. C. de poena iudicis. Nov. 15. c. 1. in fin. Novell. 23. c. 2. Novell. 82. cap. 13. Nov. 149. c. 1. Nov. Leonis 1. Auth. præfides. C. de episcopis audientia. 2. l. 17. §. 1. vers. idem Julianus ait. ff. de rei vind. l. 5. l. 17. C. de rei vind. 3. l. 21. ff. de iudiciis. 4. l. 11. ff. de rei vind. 5. l. 22. C. de rei vind. 6. Ut prædo fructus restituat, v. quæ not. ad l. 22. C. de rei vind. 7. Ut bonæ fidei possessor fructus restituat, v. quæ scripti ad d. l. 22. 8. l. 9. §. 8. quantum ad hanc actionem. 9. De ad exhib. 9. l. 5. §. 4. in pr. ff. de verb. obl. 10. v. l. 22. §. familia. l. 1. in fin. l. 51. ff. familia. 11. l. 19. d. 1. 12. l. 3. l. 19. C. famul. 13. l. 54. in pr. ff. de verb. obl. 14. l. 55. ff. familia. 15. l. 11. in fin. ff. de iuris d. l. 2. in fin. l. 3. ff. finium. l. 55. ff. familia. l. 3. §. cum autem. C. comm. divid. 16. v. l. 4. §. si dicantur termini. ff. finium. 17. Hinc adjudicatio inter modos acquirendi numeratur ab Ulp. l. 19. §. 16. Porro an iudex petitiu officium alicui possit impertiri, vid. quæ not. in l. 4. §. antepen. ff. de damn. infect.

18. L. 48. D. 1. 19. Sed per accusationes, & inquisitiones. 20. Sive ex contractu, sive ex maleficio oriuntur. 21. Privata iudicia apud iudices datos: publica apud quæstorium instituebantur. 22. Hæc ab uno iudice aut tribus recuperatoribus in comitio habent. Publica vero in foro, palam, sub dio, vel ab ipsis prætoribus (sex licetioribus coram tribunal circumstantibus) sive quæstoribus, pro tribunali, in sella curuli sedentibus (quibus aderant iudices in sublevis sedentes 50 vel 60) exercebantur. Vide hic Horum, adde ordinem veterem usu destitisse, l. 8. De de accusat. formam accusationis, v. l. ult. C. de accus. 23. Id est, perfectio, l. 11. in pr. D. de accus. l. 1. §. 1. ff. de privat. delict. l. 7. ff. de injur. 24. l. 43. §. 10. ff. de ritu nupt. & C. qui accusare. & l. 8. §. ff. de accus. 25. l. 2. ff. h. t. 26. v. l. 3. ff. & tot. tit. C. ad l. Jul. majest. 27. Hoc ut verum sit, v. l. 5. ff. de quasi. 28. Vide Novell. 143. 29. v. Nov. 141. 30. v. l. 4. C. de fart. & servus corrupti, & tot. tit. ff. & C. de serv. corrupto. Anl. 31. v. l. 6. §. lex stuprum. ff. ad l. Jul. de adult. 32. Imo capitaliter puniuntur, l. 1. in fin. ff. de extraordin. criminib. 33. Lata a L. Cornelio Sylla dictatore. 34. l. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. 35. l. 7. C. ad l. Corn. de sicar. 36. Vid. l. 11. §. telorum. D. ad l. Jul. de vi publ. l. 233. §. 2. ff. de verb. sign. 37. V. Festum in Arma & Tela. 38. Admonet nos Xenophon, nam ita scribit, 5 ἀνθρώπων σίλ. Ant. Aug. 4. Emend. 5. 39. Sica a secundo: est autem brevissimum culter recurvus & inflexus, Perlici acinacis longitudine, teste Josepho, 20. antiquit. 1. Ideo Suidas appellari sicas τὰ ἐπιμάχων ἐστὶν ait. Tranquillus apud Hædorum 18. c. 15. etiam ostendit levissimum cultrum fuisse.

Nam cum gladiatoris in ludum emissi recurvus factus fuisset gladius & ad eum corrigendum alius venisset, respondit gladiator, sica pugnabo. Brevissimum quoque sicam fuisse indicio est, quod vel a pueris (ut Cicero refert) vibraretur: ac proinde cædibus media in turba perpetranda sica aptissima erat, ut etiam veste occultaretur. His adjungendus est Josephus, 2. de bello Judaico l. 12. & 20. antiq. 2. Hac autem lege imprope tenentur, qui eadem alio telo admiserunt 10. Quint. I. Adde superioribus Briffonium 2. Selectar. 11. 40. v. l. 3. in pr. ff. ad l. Corn. de sicar. 41. v. l. un. C. de his qui parentes vel liberos occiderunt. 42. Al. properaverit. Vopiscus in Frobo, Fatalem properavit necessitatem. Seneca in Hercule Jurente, Quid juvat durum properare fatum? Petronius, Ultimum hoc gaudium fatis properantibus rape. Cujas. hic. 43. l. 2. ff. ad leg. Pomp. de parricidiis. 44. l. 9. in princ. ff. ad l. Pompeianam de parr. 45. d. l. 9. §. 2. 46. l. 14. C. ad l. Corn. de fals. 47. Scriptor falsi punitur, v. l. 5. §. 9. ff. de injur. 48. l. 30. ff. ad l. Corn. de fals. 49. l. 3. §. pen. ff. ad l. Corn. de sic. 50. l. 152. ff. de reg. jur. 51. Quæ successit in locum interdictionis aquæ & ignis. l. 10. in fin. ff. ad l. Jul. de vi publ. 52. l. 1. in pr. l. ult. ff. ad l. Jul. de vi privata. 53. v. l. un. C. de rapt. virg. 54. l. 1. ff. ad l. Jul. pec. Goth. Al. legunt: prædicatoribus. Vide Menoch. de Arbitr. Jud. lib. 2. cent. 3. cas. 288. num. 10. 11. Anl. 55. l. 1. ff. eod. 56. Deportatione. l. 3. 10. ff. ad l. Jul. pecul. 57. v. l. un. C. de crim. pecul. 58. l. 13. C. ad l. Fabiam de plagariis. 59. Est enim extraordinaria. l. ult. ff. ad l. Fabiam de plag. 60. v. ff. & C. ad l. Jul. de ambitu. 61. v. ff. & C. ad l. Jul. repet. 62. v. ff. de anona. 63. v. l. 2. ff. ad l. Jul. pecul. 64. Summo digito attingere non est longiori aut medio digito attingere, ut hic somniat Accursius. Theophil. ἀρχῆς γένεσθαι τῷ δακτύλῳ dixit, ut metaphora sumpta videatur a coquis, summo digito condimenta sua & incindum attingentibus, ac post degustantibus: sic Cicero pro M. Cælio dixit, primoribus labris gustare, & extremis digitis attingere. 65. Hæc defunt Theophilo. 66. Per indicem attingere, metaphorice, nihil aliud quam summum. 67. Deo propitio dixit, more loquendi satis usitato. Quibus enim prosperum successum, iisdem & Deos propitios & faciles precabantur. Livius 39. Seneca 1. epist. 17. & 15. epist. III. Terentius Phormione, act. 4. scena 3. ut & contrariis, iratos, Plaut. Amphitr. act. 4. scena 2. Que duo cum mihi occurrunt, meos ad jus civile commentarios, cæteros denique ad alios auctores, quos ad hunc usque 39. ætatis scripti, spectant, moveor ipse, ut quæ in illis errata mihi exciderint, irato mihi iusta nuntii, quæ secus, Deo plane propitio & facili, lingua, pariter, & manus menteque tribuam, cui laus in perpetuum sit & gloria.

# E P I T O M E I N S T I T U T I O N U M. D E J U R E.

**J**ustinianus Imperator superatis multis hostibus<sup>1</sup>, priore Codice, qui non extat, Digestis seu Pandectis<sup>2</sup> editis, composuit per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum has Institutiones<sup>3</sup>, easque libris quatuor partitus est: in quibus totius legitimæ scientiæ prima elementa breviter explicat<sup>4</sup>, quibus desumptis ex veterum Institutionibus, maxime Cæii<sup>5</sup>, robur legum atque constitutionum tribuit<sup>6</sup>.

**J**ustitia est constans & perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi<sup>7</sup>. Quæ justitiam docet scientia, Jurisprudencia est<sup>8</sup>. Ea primo levi ac simplici via, post diligentissima interpretatione tradenda est<sup>9</sup>. Docet autem honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere<sup>10</sup>. Refertur ad publicam utilitatem, vel singularum seu privatam<sup>11</sup>. Collecta est vel ex naturali, vel gentium, vel civili jure<sup>12</sup>.

† Jus naturale omnium animalium<sup>13</sup>: Civile cujusque civitatis proprium est<sup>14</sup>: Gentium, omni humano generi commune est, eoque omnes pene contractus introducti<sup>15</sup>. † Civile, aut scriptum est aut non scriptum<sup>16</sup>. Scripti species, Lex quæ ab universo populo: Plebiscitum, quod a plebe<sup>17</sup>: Senatusconsultum quod a Senatu<sup>18</sup>: Principum placita quæ a Principe vel per epistolam, vel per decretum, vel edictum, personaliter vel generaliter sunt constituta<sup>19</sup>: Edicta quæ vel a Prætoribus vel Ædilibus curulibus<sup>20</sup>: Responsa prudentum, sunt opinionibus eorum quibus permissum erat de jure respondere<sup>21</sup>. Non scriptum jus est, quod usus approbavit<sup>22</sup>: hoc Lacedæmonii, illo Athenienses utebantur<sup>23</sup>. Civilia jura tacite, vel expresse mutari possunt, naturalia non item<sup>24</sup>. Civilis juris objecta personæ, res, actiones<sup>25</sup>.

### De personis.

Personarum prima divisio est in liberas & servas<sup>26</sup>: Libertas a natura<sup>27</sup>: Servitus a jure gentium procedit<sup>28</sup>. Servi dicuntur quod captivi servari, nec occidi solent<sup>29</sup>. Nascuntur ex ancillis, fiunt jure gentium, si capiuntur: civili, si liber seipsum vendit<sup>30</sup>. Liberi sunt ingenui aut libertini<sup>31</sup>. Ingenuus est, qui statim ut natus est, liber est<sup>32</sup>, cui non officit in servitute fuisse, & postea manumissum esse<sup>33</sup>.

† Libertini, qui ex justa servitute manumissi<sup>34</sup>. Manumissio fit aut in Ecclesiis, aut vindicta apud Prætores, aut inter amicos, aut Epistola, aut ultima voluntate, aut aliis modis<sup>35</sup>: quocumque tempore & loco<sup>36</sup>. Manumissi hodie cives fiunt Romani<sup>37</sup>. † In fraudem creditorum non licet manumittere<sup>38</sup>. In fraudem non manumittit, qui licet solvendo non sit, servum suum cum libertate in testamento heredem instituit<sup>39</sup> vel sine libertate<sup>40</sup>. In fraudem manumittit: qui non tantum cum solvendo non est, manumittit, sed qui animo fraudandi<sup>41</sup>. Non licet quoque minori XXV annis, nisi causa cognita<sup>42</sup>: qui tamen XVII annum implevit, & XVIII attingit, manumittere potest<sup>43</sup>. † Potest & is, ut & quisvis alius, omnes servos testamento manumittere<sup>44</sup>. Secunda personarum divisio: Personarum quædam alieni juris sunt, vel sui<sup>45</sup>: alieni ut servi, ut filii. Servi dominis acquirunt, quicquid acquirunt<sup>46</sup>. Non tamen in eos jus vitæ & necis habent domini, nisi causa cognita: quin eos durius tractare non licet<sup>47</sup>. † Liberi vero variis modis patri acquiruntur. Primo si ex justis nuptiis procreati sunt, in potestate sunt parentum<sup>48</sup>. † Nuptiæ, sunt viri & mulieris conjunctio, cum individua vitæ consuetudine<sup>49</sup>. Talis potestas Romanorum est propria<sup>50</sup>. Liberos hic intellige, qui ex te & uxore, filio ejusve uxore, non qui ex filia tua nascuntur<sup>51</sup>.

† Justæ nuptiæ dicuntur quas cives puberes, filiofamilias cum consensu parentum<sup>52</sup>, & omnes, intra gradus a lege definitos, contraxerunt. Huc pertinet quod dicitur, ratione consanguinitatis vel honestatis inter parentes & liberos, etiam servos<sup>53</sup>, etiam adoptivos (quantumvis dissoluta sit adoptio<sup>54</sup>) nuptias non posse contrahi: item inter fratres & sorores, etiam adoptivos, (nisi dissoluta sit adoptio<sup>55</sup>). Non possumus quoque ducere fratris vel sororis filiam vel neptem (neptis non est quæ nata est ex sorore tua adoptiva<sup>56</sup>) amitam, materteram, etiam magnam, etiam adoptivam<sup>57</sup>, (non idem est in duorum fratrum vel sororum liberis<sup>58</sup>); affinitatis ratione privignam, nurrum<sup>59</sup>, socrum, novercam<sup>60</sup> (non idem est in compriviginis<sup>61</sup>). Privignæ loco habetur, quam uxor tua post divortium ex alio procreavit. Nurus loco habetur, filii sponsa, focus, sponsa patris<sup>62</sup>. Alia impedimenta nuptiarum vide in Digestis<sup>63</sup>. Si a quoquam adversus ea præcepta contractæ sunt nuptiæ, vir, uxor, nuptiæ, matrimonium, dos, potestas patria, dotis, donationisque exactio nulla est, & alias etiam poenas patitur<sup>64</sup>: & hoc quidem primo modo liberi parentibus acquiruntur. Secundo per oblationem Curiæ. Tertio, legitimatione in parentum suorum liberi potestatem rediguntur<sup>65</sup>. † Quarto adoptione<sup>66</sup>. Quoties adoptamus eos qui sui juris sunt, Principis autoritate, Adrogatio: quoties imperio Magistratus, eos easque qui quæve in potestate parentum sunt, Adoptio dicitur: Hic titulus plura capita continet, sed quod hodie parum sit in usu, prætermittetur. † Nunc videndum est quibus modis jure patriæ potestatis quis solvatur. Solvitur patria potestas morte patris<sup>67</sup>, deportatione ejusdem<sup>68</sup> (non relegatione<sup>69</sup>) servitute poenæ<sup>70</sup> (hic tamen casus hodie est abrogatus Nov. 22. cap. 8). Patriciatus (non tamen militia, non senatoria vel consulari) dignitate<sup>71</sup>, captivitate patris jus patris suspenditur<sup>72</sup>, emancipatione patriæ potestas solvitur. Fit autem emancipatio recta via apud competentem Judicem<sup>73</sup>, non invito patre<sup>74</sup>. Reliqua non sunt ita magni momenti in hoc titulo<sup>75</sup>: & hæc de personis alieni juris. † Quæ

fui juris sunt, vel in tutela, vel in curatione sunt<sup>76</sup>. † Tutela est potestas in caput liberum, ad tuendum eum qui se defendere nequit, jure civili data & permissa<sup>77</sup>. Tutor est qui eam potestatem habet<sup>78</sup>. Tutelæ variæ sunt species. † Prima Testamentaria: est enim permixtum parentibus, liberis impuberibus quos in potestate habent, ac non in alterius potestatem recasuris, testamento tutores dare<sup>79</sup>, ut & posthumis<sup>80</sup>, & emancipatis: sed hoc casu tutor confirmandus est sententia Præsidis sine inquisitione<sup>81</sup>. † Dari tutor testamento potest paterfamilias, filiofamilias<sup>82</sup>, servus proprius, etiam sine libertate: servus alienus, cum liber erit<sup>83</sup>: furiosus, cum compos mentis: minor, cum major XXV annis factus fuerit<sup>84</sup>: ad certum tempus, ex certo tempore, sub conditione, ante heredis institutionem<sup>85</sup>, non certæ rei vel causæ<sup>86</sup>. Filiabus vel filii tutor datus, posthumo vel posthumæ, non tamen nepotibus, liberis, posteris & posthumis & natis<sup>87</sup> datus intelligitur. † Secunda tutelæ species est Legitima ab intestato, eaque multiplex, veluti adgnatorum proximorum<sup>88</sup>, id est, cognatorum per virilem sexum: adgnatio autem omnibus modis capitis minutione plerumque perimitur<sup>89</sup>. † Item patronorum, per quam libertorum & libertarum tutela ad patronos eorumque liberos pertinet<sup>90</sup>. † Item parentum, per quam parentes filiorum suorum ac deinceps emancipatorum tutelam habent<sup>91</sup>. † Item fratrum, quæ & Fiduciaria dicitur<sup>92</sup>.

† Tertia species<sup>93</sup>, Dativa quæ deficiente Testamentaria, & Legitima locum habet. Dantur tutores Romæ a Præfecto urbi, vel Prætores: in provinciis a Præside: vel si facultates pupilli quingentos solidos non excedant, vel a defensoribus civitatum una cum Antistite civitatis, vel a Magistratibus, vel Juridico Alexandrino exacta cautione<sup>94</sup>. † Porro post pubertatem, tutelæ judicio tutores rationem reddere coguntur<sup>95</sup>: constante vero tutela, autoritatem pupillis interponent præsentis: statim, non post tempus, aut per epistolam<sup>96</sup>. Nec enim sine tutore pupilli obligari possunt (quamvis alios possint obligare), vel mutuo aliquo contractu<sup>97</sup>, vel hereditatem adeundo, vel honorum possessionem, vel fideicommissum petendo<sup>98</sup>. Quod si inter tutorem pupillumque judicium agendum sit, ipse quidem tutor in rem suam actor esse non potest: ideoque curator pupillo dabitur ad judicium peragendum: eoque peracto, curator esse desinet<sup>99</sup>. † Tutela finitur pubertate in masculis post XIV annum completum: in fœminis post XII. <sup>100</sup> si pupilli adrogati, vel deportati, vel in servitute redacti, vel ab hostibus capti<sup>101</sup>, conditione sub qua datus erit<sup>102</sup>, vel tempore ad quod tutor datus erit, existentibus<sup>103</sup>, morte vel pupillorum vel tutorum<sup>104</sup>, maxima & media tutorum capitis minutione, omni vero pupillorum<sup>105</sup>, si tutores remoti vel excusati<sup>106</sup>. † Interea sciendum est, utcumque tutela finiat pubertate, puberes tamen usque ad XXV annum curatores accipere<sup>107</sup>, ab iisdem magistratibus a quibus & tutores accipiunt: testamento non accipiunt, datus tamen confirmatur decreto Prætoris<sup>108</sup>. Non accipiunt etiam inviti, præterquam in litem<sup>109</sup>. Nec tantum eis solis curator datur, sed & furiosis & prodigis, licet majoribus XXV annis<sup>110</sup>: sed & mente captis, surdis & mutis, & perpetuo morbo laborantibus<sup>111</sup>. Quin etiam ipsi impuberes interdum curatores accipiunt, si tutore idoneo careant<sup>112</sup>. † Ad tutores & curatores pertinet tutelæ nomine satisficere de indemnitate pupilli, adeo, ut nisi caveant, pignoris captis coerceri possint<sup>113</sup>, nisi testamento, vel ex inquisitione dati sint<sup>114</sup>: eo tamen casu pluribus datis, potest unus contutori vel curator offerre, vel ab eo exigere satisfidationem, ut ab uno tantum tutela administraretur: quod si nemo eorum satis offerat, is gerat quem testator adscripserit: si nullus adscriptus sit, quem major pars elegerit: si dissensio circa eligendum sit, Prætor partes suas interponet<sup>115</sup>. Quod si indemnes pupilli vel puberes esse non possunt, puta, quia tutores non sunt solvendo, subsidiaria eis dabitur actio in eos eorumve heredes (excipe Prætores, Præsides provinciarum & alios quibus tutores dandi jus est<sup>116</sup>) qui (cum satisfidationem exigere debeant) aut omnino non, aut non idonee a tutoribus vel curatoribus satisfidari curaverunt<sup>117</sup>. † Antea diximus tutores curatores esse desinere, quoties vel remouentur, vel excusantur: de utroque videndum est. Excusantur ergo Romæ propter tres liberos superstites (tales sunt etiam in bello mortui) in Italia propter quatuor, in provinciis propter quinque. Liberos intellige etiam nepotes ex filio & adoptatos a patre naturali<sup>118</sup>. Excusatur pariter quis quamdiu res fisci administrat<sup>119</sup>, quamdiu reipublicæ causa abest<sup>120</sup>, qui potestatem aliquam habet<sup>121</sup>, qui litem de omnibus bonis vel hereditate cum pupillo vel adulto habet<sup>122</sup>, quamdiu quis tria onera tutelæ non affectatæ, vel curæ habet<sup>123</sup>, propter paupertatem<sup>124</sup>, adversam admodum valetudinem<sup>125</sup>, si literas pingere vel legere nesciat<sup>126</sup>, si propter inimicitias testamento tutor datus sit<sup>127</sup> (inimicitias intellige capitales, non reconciliatas<sup>128</sup>) si status contravertiam a pupillorum patre passus est<sup>129</sup>, major LXX annis, minor XXV<sup>130</sup>, miles, adeo ut nec volens ad tutelæ onus admittatur<sup>131</sup>, qui Grammaticam vel Medicinam vel Rhetoricam Romæ, vel in patria sua exercet<sup>132</sup>. Intra quod tempus tutores dati excusare se debeant, vide §. 16. Non justa excusatio est in eo qui hoc solo utitur, quod patri pupilli fuerit ignotus<sup>133</sup>. Datus tutor, ad universum patrimonium datus intelligitur<sup>134</sup>: invitus curator esse non compellitur<sup>135</sup>, quemadmodum & maritus uxoris<sup>136</sup>, falsa allegatione excusatus, non plene liberatur onere tutelæ<sup>137</sup>. Et hæc de excusationibus. † Remouentur autem tutores suspecti<sup>138</sup>, a iudicibus ordinariis<sup>139</sup>,

I Proæmio Inffit. in pr. §. 1. 2 §. 2. 3 §. 3. 4 §. 4. 5 §. 5. 6 §. 6.  
7 Lib. I. Tit. I. De justitia & jure. 8 §. 1. 9 §. 2. 10 §. 3. 11 §. 4.  
12 d. §. 4. 13 Tit. 2. De jure naturali, gentium & civili. 14 §. 1. 15 §. 2.  
16 §. 3. 17 §. 4. 18 §. 5. 19 §. 6. 20 §. 7. 21 §. 8. 22 §. 9.  
23 §. 10. 24 §. 11. 25 §. ult. 26 Tit. 3. De jure personarum. 27 §. 1.  
28 §. 2. 29 §. 3. 30 §. 4. 31 §. ult. 32 Tit. 4. De ingenuis. 33 §. 1.  
34 Tit. 5. De libertinis. 35 §. 1. 36 §. 2. 37 §. ult. 38 Tit. 6. Quibus ex  
causis manumittere non licet. 39 §. 1. 40 §. 2. 41 §. 3. 42 §. 4. 43 §. ult.  
44 Tit. 7. De lege Fufia Caninia tollenda. 45 Tit. 8. De his qui sui vel alieni juris sunt.  
46 §. 1. 47 §. ult. 48 Tit. 9. De patria potestate. 49 §. 1. 50 §. 2. 51 §. ult.  
52 Tit. 10. De nuptiis. 53 §. 10. 54 §. 1. 55 §. 2. 56 §. 3. 57 §. 5. 58 §. 4.  
59 §. 6. 60 §. 7. 61 §. 8. 62 §. 9. 63 §. 11. 64 §. 12. 65 §. ult. 66 Tit. 11.  
De adoptionibus. 67 Tit. 12. Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur. 68 §. 1. 69 §. 2.  
70 §. 3. 71 §. 4. 72 §. 5. 73 §. 6. 74 §. ult. 75 §. 7. 76 Tit. 13. De  
testis. 77 §. 1. 78 §. 2. 79 §. 3. 80 §. 4. 81 §. ult. 82 Tit. 14. Qui testa-

mento tutores dari possunt. 83 §. 1. 84 §. 2. 85 §. 3. 86 §. 4. 87 §. ult.  
88 Tit. 15. De legit. agnatorum tut. 89 §. 1. 2. & §. ult. adde de capitis deminutione.  
& Tit. 16. ubi agit de speciebus capitis minutionis. 90 Tit. 17. De legitima patronorum  
tutela. 91 Tit. 18. De legitima parentum tutela. 92 Tit. 19. De fideiuciaris tutela.  
93 Tit. 20. §. 1. 2. 3. 4. De Adilianis tutoribus, & eo qui ex lege Julia & Titia dabitur.  
94 §. 5. 95 §. 7. 96 Tit. 21. §. 2. De autoritate tutorum. 97 d. Tit.  
21. in pr. 98 §. 1. 99 §. ult. 100 Tit. 22. Quibus modis tutela finitur. 101 d. Tit.  
102 §. 2. 103 §. 5. 104 §. 3. 105 §. 4. 106 §. ult. 107 Tit. 23. De  
curatoribus. 108 §. 1. 109 §. 2. 110 §. 3. 111 §. 4. 112 §. 5. & §. ult.  
113 Tit. 24. §. 3. De satisfidatione tutorum vel curatorum. 114 d. Tit. 24. in pr.  
115 §. 1. 116 §. 4. seu ult. 117 §. 2. & ult. 118 Tit. 25. De excusationibus tutorum  
vel curatorum. 119 §. 1. 120 §. 2. 121 §. 3. 122 §. 4. 123 §. 5. 124 §. 6.  
125 §. 7. 126 §. 8. 127 §. 9. 128 §. 11. 129 §. 12. 130 §. 13. 131 §. 14.  
132 §. 15. 133 §. 16. 134 §. 17. 135 §. 18. 136 §. 19. 137 §. ult. 138 Tit. 26.  
De suspectis tutoribus vel curatoribus. 139 §. 1.

suspecti,

suspecti, inquam, tutores five testamentarii, five alterius generis, five patroni, dum tamen eorum fama ignoscatur 1. Postulantur suspecti etiam a quavis muliere, verecunda tamen & pietate producta 2, ab ipsis puberibus consilio necessariorum 3. Porro suspectus est, qui non ex fide tutelam gerit, vel gerere potest, licet sit solvendo 4: qui moribus talibus est, ut suspectus sit 5: qui sui copiam non facit, & absens non prestat alimenta: tunc enim in bonorum possessionem ejus pupillus mittitur 6: si presens mendaciter id dicit, punitur a iudice, quemadmodum & is qui data pecunia ministerium tutelae adquisivit vel redemit 7, ut libertus fraudulenter tutelam filiorum patroni administrans 8: remotus ob dolum famosus est 9: quoad cognitionem suspecti finiatur, interdicitur tutori administratio 10: suspecti cognitio extinguitur morte tutoris 11, fraudulenter tutelam administrans etiam si fati offerat, removendus est 12. De personis dictum est.

De rebus & earum acquirendarum modis.

Sequitur ut de rebus, earum divisione & acquisitione videamus. Quarum alia in nostro patrimonio, alia extra sunt 13. Et haec quidem sunt, vel naturali jure communes (ut aer, mare, maris litora 14) vel publicae (ut flumina, portus 15, & ripae, usu tamen: nam proprietatem riparum illorum est quorum praediis haerent 16) vel nullius, ut litora, quae usu publica sunt, proprietate nullius 17, (ut res sacrae quae per Pontifices Deo consecratae 18: religiosae, veluti locus in quem mortuus est illatus 19, sanctae, ut muri, portae civitatis, leges 20) vel universitatis, ut theatra, stadia, communia civitatum 21. Singulorum vero res sunt multis modis. Primum jure naturali seu gentium 22, idque multifariam. Siquidem feræ bestiae, ut volucres, & pisces, & alia fera animalia quoties capiuntur, & nostra custodia coercentur, nostra fiunt 23: capta non sunt, quae tantum vulnerata 24, quae in arbore nostra tantum nidum fecerunt, quae ex alveo nostro evolantur apes 25, quae revertendi animi seu consuetudinem non habent 26. Aliud est in cicuribus animantibus, puta gallinis & anseribus: licet enim ea animalia conspectum nostrum effugerint, nostra tamen manent: & qui ea animo lucrandi detinet, furtum committit 27: Eodem jure gentium, quaecumque ex hostibus capimus, nostra fiunt 28: ut & ea quae in litore invenimus 29, quae ex animalibus nostris nascuntur 30, quae per alluvionem seu incrementum latens, agris nostris flumen adjecit 31: quae vi fluminis praediis nostris adjecta longiore tempore haeserunt, & radices egerunt 32. De Insula hoc tenendum: in mari nata fieri occupantis: in medio flumine, consensum, pro modo latitudinis agri sui citimam ejus qui ab ea parte praedia possidet: nasci non dicitur insula, si ager meus in formam insulae redactus est 33. Idem est jus in alveo fluminis derelicto, nisi quod ager meus, alveus factus, sit publicus 34. Quod si meus ager inundatus fuerit, meus manebit: inundatio namque fundi speciem non commutat 35. Ad haec eodem jure gentium, quam ex aliena materia speciem feci, mea est, si ad priorem materiam reduci non potest: multo magis si ex mea & aliena speciem fecero 36. Eodem modo quam purpuram meo vestimento intexui, mea fit 37. Res aliena mea confusa, vel fortuito, vel mea voluntate, fit communis 38: mixta fortuito, mea manet: voluntate, fit alterius 39. Quae (etiam alterius) in meo fundo (quamvis a me aedificata fuerit) mea fit 40: ex contrario, rem meam amitto quam in alieno fundo aedificavi 41, vel plantavi 42, vel sevi 43, vel in aliena charta scripsi. Non idem est in pictura: picturae namque tabula cedit 44. Eodem jure gentium, bonae fidei possessores suos facit, mala fidei possessores nullos 45. Bonae fidei possessori adsimilis est usufructuarius & colonus 46. Foetus pecudum sunt in fructu: ancillae non sunt 47. Usufructuarii officio incumbit in locum demortuorum animalium alia submittere: demortuarum vinearum vel arborum, alias substituere 48. Eodem quoque jure gentium, quem in meo (etiam sciens) vel sacro, vel religioso (fortuito tamen) thesaurum inveni, fit meus: quem in alieno, etiam Caesatis, fisci, publico, vel civitatis, (fortuito tamen,) dimidio tenus 49. Eodem etiam jure res nostrae fiunt, quoties nobis traduntur a domino 50 vel ejus procuratore, seu alio ejus voluntate 51. Nuda etiam voluntate, sine traditione, res nostrae fiunt, puta patientia 52, clavium traditione 53. Nostrae etiam res fiunt quae cum in vulgus missae essent 54, vel pro derelicto habitae, a nobis occupatae sunt 55. Derelictae non censentur quae in tempestate, levandae navis causa, sunt ejectae, vel quae de rheda currente, non intelligentibus dominis, ceciderunt 56.

† Hic dicendum erat de modis rerum acquirendarum jure civili: sed quia Tribonianus hic interferuit alteram rerum divisionem praeter eam de qua superius dictum est, ea nobis considerata est. Sit igitur haec alia rerum divisio, Rerum alias esse corporales, alias incorporeales 57. Illae innumerabiles, tangi possunt 58: haec non possunt, & in jure consistunt: sicut hereditas, usus, usufructus, obligationes 59, jura seu servitutes praediorum urbanorum & rusticorum 60. Rusticorum praediorum jura sunt, iter, actus, via, aquaeductus 61 & secundum quosdam, aquae haustus, pecoris ad aquam adpulsus, jus pasceudi, calcis coquenda, arenae foediendae 62: urbanorum vero jura aedificiis inhaerent, suntque plurima, veluti servitus oneris sustinendi, tigni immittendi, stillicidii vel fluminis recipiendi, altius non tollendi, luminibus non offiendi 63, acquiruntur autem hujusmodi servitutes pactionibus, stipulationibus, testamento 64. † Sic usufructus acquiritur 65. Hoc jure possumus alienis rebus uti salva earum substantia 66: non tamen in aeternum: si quidem certis modis extinguitur & ad proprietarium revertitur 67: constituitur vero in omnibus rebus etiam iis quae usu consumuntur, ut tamen earum nomine caveatur 68. † Usus iisdem modis constituitur & finitur, quibus & usufructus 69: & minus juris est in usu, quam in usufructu 70: habitatio, neque usus est, neque usufructus, sed proprium aliquod jus 71. † Hic dicendum erat de hereditatibus & obligationibus: Tribonianus tamen transire ad modos rerum acquirendarum jure civili maluit 72. Hoc interim varie res acquirimus, puta usufructu 73, donatione 74, & quodam speciali jure

adcrepandi, testamento 75, ab intestato, jure civili 76 vel Praetorio 77, per adrogationem 78, bonorum additionem 79, & olim per bonorum possessionem & ex SC. Claudiano 80; olim vero & hodie obligationibus 81. † De Usucapionibus primo loco videndum est, de quibus hoc constitutum est: Res mobiles per triennium; immobiles inter praesentes decennio, inter absentes viginti annis usucapi, & nostras fieri ubicunque sitae sint 82: qualescunque sint: libero homine, re sacra, religiosa, servo fugitivo 83, rebus fisci 84, furtivis, vi possessis, exceptis: quae neque a fure, neque ab alio (nisi ipso domino, idque quantum ad res furtivas & vi possessas attinet 85) quamvis bonae fidei possessore, usucapi possunt 86: res tamen alienas mobiles, si bona fide eas nostras existimemus, alienare possumus 87. Fiscus & Imperator in eadem causa sunt: quas res enim alienas vendit, vel donat, vel quocumque titulo transfert, statim facit accipientis: quo casu adversus fiscum vel Imperatorem intra quadriennium dominis ipsis vel hypothecariis competit actio 88. Immobiles vacantes propter absentiam vel negligentiam domini, alii bona fide accipienti tradere possumus: etiam in praedictum fisci (si modo sequatur usucapio 89) ut eas longeva possessione acquirere possit. Nec enim earum, utpote immobilium, furtum fit: cum furtum sine affectu furandi non committatur: idque utilitas eorum qui longa & indubitata possessione muniti sunt, exposcit 90. Ad haec, ut res a bonae fidei possessore usucapi possit, res vitio carere debet 91: qui usucapit, errore falsa causa carere 92. Diutina bonae fidei possessoris vel usucapio, vel possessio, ad heredem qualemcunque continuatur 93, veluti emptorem 94. † Sequitur Donatio, secundum acquirendi jure civili modus: est autem vel mortis causa, vel inter vivos 95. illa fere per omnia legatis connumeratur 96: haec non item, perfecta tamen temere revocari non potest; perficitur scripto, vel non scripto, nec requiritur in ea traditio. Quae si 500 solidos non excedit, insinuatione non indiget 97: quemadmodum & quae fit vel pro redemptione captivorum, vel a magistris militum ipsis militibus, vel a quovis iis quorum domus incendio vel ruina corrupta sunt 98. Revocari possunt donationes ob ingratitudinem donatarii & aliis ex causis 99. Tertium genus donationis olim ante nuptias, hodie propter nuptias vocatur, dotibus exaequatur. Potest enim ante vel post matrimonium fieri 100. † Tertius acquirendi modus olim jure civili fuit jus accrescendi, de quo vide paragraphum ultimum 101. † Hic dicendum erat de testamentis: sed Tribonianus hic interferuit tractatum de personis alienantibus & acquirentibus. Quod ad personas alienantes attinet, hoc tenendum, Maritum res dotaes, etiam consentiente uxore, alienare non posse, quamvis sit earum dominus 102: Creditorem pignus ex pactione alienare posse: quamvis non sit ejus dominus 103: Pupillos nullam rem sine tutoris auctoritate alienare, mutuum dare, in solum (nisi de iudicis mandato) accipere, ac solvere posse 104. Quod ad personas vero acquirentes attinet: Acquirunt nobis per nosmetipsos 105, per liberos nostros, utriusque sexus, quos in potestate habemus: totum, si ex re nostra: usufructu tenus, si aliunde quaesierint 106, adquirimus per emancipatos dimidiam usufructus tantum, non domini 107. Per servos quos in potestate habemus etiam ignorantes & inviti (nisi forte heredes instituti sint: tunc enim nisi nostro jussu, hereditatem adire non possunt) acquirimus dominia, possessiones, usufructus, praescriptiones: quodcumque denique traditione, stipulatione, donatione, legato, testamento, vel ex alia causa ab iis acceptum fuerit 108. Per servos usufructuarios & bona fide possessores, quod ex re nostra vel operis suis acquiriverint 109: Per alienos servos, & per liberos homines (excepto tamen procuratore) nobis nil acquiritur 110. † Nunc dicendum est de quarto acquirendi modo, jure civili: Tale est Testamentum quod hic definitur esse mentis testatio 111: hujus olim diversae formae ac genera (quae nunc defueta sunt) fuerunt. Unum pacis, quod calatis comitiis: alterum belli, quod procinctum: tertium per aes & libram vocabatur 112. Hodie in testamentis paganorum qui milites non sunt, scriptis 113, quae sequuntur, necessaria sunt. Uno & eodem tempore ac contextu fieri debent, septem testibus adhibitis, subscribere testes oportet, eorum signacula testamento imponenda 114, per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimentum est 115: possunt omnes testes uno etiam alieno annulo signare 116. Testes in testamento esse non possunt mulier, impubes, servus, furiosus, mutus, surdus, bonis interdictus, infamis, & is cum quo testamenti facti non est 117: servus (nisi eo tempore quo testamentum signabatur omnium consensu, liberi loco habebatur 118.) Pater, ac ejus liberi 119 (nisi in alieno negotio 120) heres defuncti ejusdemque heredis pater, liberi, & fratres qui in ejusdem patris potestate sunt, testes esse non possunt 121. Legatarii & fideicommissarii, & personae illis junctae testes esse possunt 122. Et haec de testibus. Testamentum in quacunque materia fieri potest 123 & pluribus codicibus 124. & haec de forma scripti testamenti dicta sunt. In eo quod sine scriptis fit, seu nuncupativo, sufficit septem testibus adhibitis nostram voluntatem coram eis nuncupare 125. Et haec testandi forma hodie passim apud omnes gentes usitata est. † Supra dicta diligens observatio testium & solemnitas in ordinandis testamentis paganorum, in testamento militis, dum in expeditione occupatus est, quatenus militat & in castris degit, (non post missionem 126: nisi, quod ad veteranos attinet, intra annum testati sunt,) non observatur 127. Testamentum fecisse dicitur, non si simpliciter dixit, Te heredem facio, sed tunc demum, cum id dixerit in praesentia testium ad id convocatorum 128. E contrario testamentum militis censetur, cui ante expeditionem facto, postea constante militia resignato, aliquid detractum vel adjectum est 129. Singularia & haec sunt, quod filiusfamilias miles testari possit 130, mutus & surdus 131, quod milite adrogato, vel emancipato, testamentum ejus irritum non fiat tanquam capitis minutione 132. Quod dictum est de militari testamento, ad eos quoque qui quasi militant, extenditur ratione

1 §. 2.	2 §. 3.	3 §. 4.	4 §. 5.	5 §. ult.	6 §. 9.	7 §. 10.	8 §. 11.
9 §. 6.	10 §. 7.	11 §. 8.	12 §. ult.	13 Lib. II. Tit. I. De rerum divisione.	14 §. 1.	15 §. 2.	16 §. 4.
17 §. 3.	18 §. 8.	19 §. 7.	20 §. 10.	21 §. 6.	22 §. 11.	23 §. 12.	24 §. 13.
25 §. 14.	26 §. 15.	27 §. 16.	28 §. 17.	29 §. 18.	30 §. 19.	31 §. 20.	32 §. 21.
33 §. 22.	34 §. 23.	35 §. 24.	36 §. 25.	37 §. 26.	38 §. 27.	39 §. 28.	40 §. 29.
41 §. 30.	42 §. 31.	43 §. 32.	44 §. 33.	45 §. 34.	46 §. 35.	47 §. 37.	48 §. 38.
49 §. 39.	50 §. 40.	51 §. 41.	52 §. 42.	53 §. 43.	54 §. 44.	55 §. 45.	56 §. 46.
57 §. 47.	58 §. 48.	59 §. 49.	60 §. 50.	61 Tit. 3. in princ. & §. 3. De servitutibus rusticorum & urbanorum praediorum.	62 §. 2.	63 §. 1.	64 §. ult.
65 Tit. 2. De usufructu.	66 d. Tit. 4. in princ.	67 §. 1. in fin. §. 3. & ult.	68 §. 2.	69 Tit. 5. De usu & habitatione.	70 §. 1. 2. 3. & 4.	71 §. 5.	72 §. ult.
73 Tit. 6. De usufructibus & longi temporis praescriptionibus.	74 Tit. 7.	75 Tit. 10. & seq.	76 Lib. 3. tit. 1. & seq.	77 Lib. 3. tit. 10.	78 Lib. 3. tit. 11.	79 Lib. 3. tit. 12.	80 Lib. 3. tit. 13.
81 Lib. 3. tit. 14. usque ad tit. de alt.	82 d. tit. 6.	83 §. 1.	84 §. 9.	85 §. 3.	86 §. 4.	87 §. 4. vers. sed tamen. §. 5. vers. item si is. & seq.	88 §. ult.
89 §. 4.	90 d. §. 7. vers. quod autem. & sequentibus.	91 §. 5.	92 §. 6.	93 §. 7.	94 §. 8.	95 Tit. 7. De donationibus.	96 §. 1.
97 §. 2. in pr.	98 §. 2. vers. sed & quaedam donationes. juncta l. 36. C. de donat.	99 §. 2. vers. sciendum.	100 §. 3.	101 §. ult.	102 Tit. 8. Quibus alienare licet vel non licet.	103 §. 1.	104 §. ult.
105 Tit. 9. Per quas personas cuique acquiritur.	106 §. 1.	107 §. 1.	108 §. 3.	109 §. 4.	110 §. 5.	111 Tit. 10. De testamentis ordinandis.	112 pr. 113 §. ult.
114 §. 3. 4.	115 d. §. 4.	116 §. 5.	117 §. 6.	118 §. 7.	119 §. 8.	120 §. 9.	121 §. 10.
122 §. 11.	123 §. 12.	124 §. 13.	125 §. ult.	126 Tit. 11. §. 3. De militari testamento.	127 d. tit. 11. in pr.	128 §. 1.	129 §. 4.
130 d. tit. 11. in pr.	131 §. 2.	132 §. 5.					

peculii quasi castrensis 1. † Longe ab hujusmodi privilegio absunt filii familias, quibus etiam permittente patre, testari non licet, (nisi, ut antea diximus, de castrensi vel quasi peculio 2) ut & impuberibus & furiosis constante furore 3: sed & interdictis bonis, & prodigis 4, furdis & mutis (nisi beneficio principali 5), cæcis (nisi secundum observationem D. Justiniani 6), captis ab hoste 7. Est & hæc observatio, præter superiores, in testamentis observanda, ut pater (aliud est in matre & avo materno 8, aliud in milite patre quod ad posthumos 9) liberos, cujusque sexus sint, natos & posthumos, de quibus v. §. 1. 2. 6. 10 tam suos quam emancipatos, heredes instituat, vel nominatim exheredet. Alioquin, si eos silentio præterierit, inutiliter testabitur, adeo quidem, ut si vivo patre filius ita præteritus mortuus sit, nemo heres ex eo testamento possit existere: quia scilicet ab initio testamentum non constitit 11. De adoptivis vide paragraphum quartum & quintum in fine 12. De emancipatis paragraphum tertium, & quartum in vers. emancipati 13. † Porro de extraneis heredibus instituendis, hoc tenendum est, nobis permissum esse instituere tam liberos homines quam servos, & tam proprios quam alienos 14: & unum hominem & plures usque in infinitum 15, quinetiam eos quos nunquam vidimus 16, & hereditatem dividere in plures uncias quam duodecim 17, quin vel in nullas, vel partim in quassam, partim in nullas. Quod cum accidit, quid juris sit, vide §. 6. 7. 8. 18 Heredem pure & sub conditione (non tamen impossibili, talis enim pro non scripta habetur 19) quin & sub diversis conditionibus (quæ si conjunctæ, omnibus: si separata, cuilibet obtemperandum erit) instituere possumus 20. Ex certo tempore, aut ad certum tempus non possumus: quo casu dies habetur pro supervacuo: & perinde est ac si pure heres scriptus fuerit 21. † Possumus quoque in testamento plures gradus heredum facere 22, & plures in unius, vel unum in plurium, vel singulos in singulorum locum, vel invicem substituere 23. Possumus & ex disparibus partibus heredes scriptos invicem substituere, & nullam mentionem in substitutione partium facere, quo casu videmur eas in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressimus 24. Possumus quoque & instituto heredi coheredem substitutum dare, & alium ei substituere: quo casu ad utramque partem substitutus admittitur 25. Item possumus heredi sub hac conditione, Si heres non erit, scripto, alium substituere, de quo quid juris sit, vide §. ult. 26. † Possumus præterea liberis impuberibus & furiosis (quo casu ad exemplum pupillorum eis substituimus 27) quos in potestate habemus, non solum ita, Si heredes nobis non extiterint, alius sit eis heres, sed eo amplius, Si (institutis vel exheredatis liberi etiam) posthumi 28 heredes nobis extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, alius (puta Scius) sit eis heres 29. Talis substitutio vocatur pupillaris: eaque & sibi & filio pater testamentum facit 30: hocque illius est sequela: illud si non valet, hoc etiam non valet 31. Possumus etiam singulis liberis, vel ei qui ultimus impubes morietur, substituere 32, specialiter, id est nomine expresso, vel generaliter 33: masculo ad decimum quartum, feminæ ad duodecimum annum 34. Extraneo vel puberi filio ita non possumus substituere: eos tamen gravare per fideicommissum possumus, ut hereditatem alii totam, vel pro parte restituant 35. Quomodo parens substitutione pupillari vitæ filii periculum creare non possit, vide §. 3. 36. † Valent ergo superioribus modis testamenta: quæ interdum accidunt infirmari, rumpi vel irrita fieri 37. Rumpitur adgnatione sui heredis 38, posteriore testamento 39. Prius testamentum non valide revocatur, si simpliciter dixerimus nolle nos id valere: item, si posterius facere tantum cœpimus 40: & ita quidem, ut his duobus casibus Princeps non capiat 41. Fit irritum capitæ minutione 42. Utcunque autem tanta nobis testantibus comperat potestas, non possumus tamen inique liberos vel parentes exheredare aut inique præterire 43: sed nec fratres & sorores, turpibus personis scriptis heredibus postponere: Et universum testamentum rescindere possunt: nam si quid eis relictum fuerit, quarta eis supplenda fuerit: alias hujusmodi personæ de inofficioso defuncti testamento agere possunt 44. Quod si hujusmodi personæ quartam, vel jure legati, vel fideicommissi, vel mortis causa, vel inter vivos, vel aliis modis habuerint, de inofficioso agere non poterunt. Nam si quid eis relictum fuerit, quarta eis supplenda fuerit 45. Quartam ita intellige, ut si unus fuerit, si plures, quibus agere de inofficioso permittitur, una quarta eis detur, quæ pro rata eis distribuatur 46. † Cæterum hic notandum est, nostrorum heredum esse differentiam, eorumque alios esse nobis necessarios (ut servos 47) alios suos & necessarios (veluti filios 48) alios extraneos 49. Extraneis deliberandi de aedeunda hereditate, vel non aedeunda, suis & necessariis abstinendi potestas datur 50. Extraneus heres hereditatem adit vel nuda voluntate vel pro herede gerendo. Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tanquam heres utitur: Utitur, qui vendit, qui colit, qui locat 51. † Et hæc omnia non tantum possumus, sed etiam legandi nobis potestas data est 52. Legatum est donatio a defuncto relicta, ab herede præstanda 53. Olim variis generibus legabatur, veluti per vindicationem, damnationem, sinendi modum & præceptionem. Sed hodie omnium istorum legatorum una est natura, & quibusvis verbis legare licet, actione personali, in rem, & hypothecaria legataris data 54. Olim etiam legata fideicommissis strictiora erant, hodie exæquata 55. Videndum est de rebus quas legare possumus. Legare possumus res nostras, heredis, rem alienam (scientes tamen, & in commercio positam; hoc ultimo casu cogitur heres eam rem redimere, vel æstimationem dare 56, nisi legatarius ex causa non onerosa, sed lucrativa, puta donationis, eam rem vivo testatore fuerit consecutus 57) rem obligatam creditori 58, quod futurum esse potest 59: rem nostram quasi alienam 60, rem nostram eamque postea alienare (totam scilicet vel in parte) ac pignori dare (quo casu non videmur legatum adimere 61: aliud erit si res legata sine facto heredis perierit: tunc enim res legatario decedit 62): debitori nostro liberationem 63: creditori vero pure legare possumus, quod in diem & sub con-

ditione ei debemus (alias si nihil est plus in legato quam in debito, legatum erit inutile 64): dotem uxori (plenius enim est legatum, quam de dote actio 65) ancillas cum suis natis, ordinarium servum cum vicariis, servum cum peculio, fundum cum instrumento: sed hoc casu, mortua ancilla, & ordinario partus & vicarius debetur: mortuo servo, fundo alienato peculium & instrumentum non debetur 66. Gregem quoque legare possumus, cujus quod superfuert, etiam minimum, puta una ovis a legatario vindicari poterit 67. Adibus legatis, quæcunque post testamentum testator eis adjecerit, adibus cedunt 68. Legare etiam possumus peculia servorum 69, res corporales & incorporales 70, optionis facultatem 71. Rem legatarii ei legare non possumus 72: & hæc de rebus. Illis solum legare possumus cum quibus testamenti factio est 73, incertis personis 74, alieno posthumo (posthumus alienus dicitur, qui natus inter suos heredes testatorum futurus non est 75, qui & olim & hodie heres institui potest, nisi in utero ejus mulieris sit, quæ jure nostro uxor esse non potest 76. Non idem est in tutore, qui incertus dari non debet 77). & hæc de personis. Videndum est, qua forma legare possumus. Possumus vero legare conjunctim vel disjunctim 78, & generaliter, puta servum, ut eo casu electio sit legatarii 79: Possumus in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarii errare, (sufficit enim si de persona ejus constet 80): possumus eundem falso demonstrare 81, eique falsa causa legare 82, sub conditione, servo heredis 83, ante heredis institutionem, & inter medias heredum institutiones 84, post mortem heredis aut legatarii 85, pænæ nomine 86.

† Possumus quoque adimere legata (sive eodem testamento, sive codicillis, sive contrariis verbis, sive aliis quibuscunque 87) transferre ab alio ad alium 88. † Possumus quoque universa bona legatis erogare: sed tamen ea potestas primum per legem Furiam, dein per legem Voconiam, tandem per Falcidiam est restricta, qua cavetur ne plus legare, quam drodrantem totorum bonorum liceat, id est, ut si unus heres institutus sit, si plures, apud eum eorum pars quarta remaneat 89. Ea lex in singulis heredibus locum habet, tam iis quorum pars legatis onerata est, quam illis quorum pars non est onerata 90. Quantitas patrimonii mortis tempore spectatur: ideoque, quæ mortuo testatore hereditati ante aditam hereditatem adjunguntur vel adimuntur, ad lucrum vel damnum heredum pertinent 91. Falcidiæ ratio ponitur, ære alieno, funeris impensa, & pretiis servorum manumissorum deductis 92. † Nunc transeamus ad fideicommissa, seu fideicommissarias hereditates 93. Fideicommissa primum eo fini reperta fuerunt, ut quibus hereditas vel legatum relinqui non posset, si per alium utrumque caperent. Ea D. Augustus, istis rationibus motus, confirmavit: confirmata paulatim in assiduam jurisdictionem versa sunt, Prætorum ad id peculiariter creato, qui fideicommissarius dicebatur 94. Est autem fideicommissum, quoties heredem institutum rogamus, ut hereditatem alii restituat 95: eaque restituta nihilominus est heres 96: quamquam olim ei & in eum 97 darentur omnes actiones, cui ita erat restituta hereditas. Postea permissum fuit SC. Pegasiano, heredi perinde quartam retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur: quo subsecuto, ipse heres onera hereditaria pro rata parte sustinebat: alter, legatarii partiaris loco erat, id est, ejus cui pars bonorum legata est, eaque species legati Partitio vocabatur: qua cum herede Partiaris partiebatur hereditatem 98: atque ita in heredem, jure civili; in eum qui recipiebat hereditatem, ex SC. Trebelliano actiones pro rata parte dabantur 99. Hodie heres in solidum vel pro parte 100, testamentarius vel legitimus vel honorarius 101, quin & is cui aliquid restitutum mandavimus, & a nobis rogatus ut id, aut totum, aut parte tenuis, alii restituat 102, hereditatem restituere debet, quartamque vel quod quartæ deest, retinere & repetere potest pro rata portione, actionibus tam in eum, quam in fideicommissarios, competentibus, nisi hujusmodi personæ volentes scientes totam restituerint, vel noluerint adire: tunc enim soli fideicommissarii tenentur 103. Fideicommissa coram quinque testibus relinquere possumus: quin coram solo herede: quo casu fideicommissarius heredi jusjurandum deferre potest, heresque cogitur vel jurare, si nihil tale a testatore audivisse, aut, si recusat jurare, fideicommissum præstare 104. † Nec tantum autem universam hereditatem per fideicommissum relinquere possumus 105, sed & res singulas, propriam heredis, legatarii, fideicommissarii, aut cujuslibet alterius 106, libertatem 107: iis verbis potissimum; peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo; quæ perinde singula firma sunt, ac si in unum congesta sint 108. † Possumus quoque non tantum per testamentum solenne, de quo antea diximus, sed & codicillis vel uno vel pluribus (qui minorem solennitatem requirunt 109) relinquere 110 fideicommissum vel quid aliud: non tamen hereditatem directo, licet per obliquum. Per obliquum relinquimus, quoties fideicommissimus 111. Ante vel post testamentum fieri possunt fideicommissa: adeo ut ex iis fideicommissum peti possit, si appareat, testatorem a voluntate, quam in codicillis expresserat, non recessisse 112. Et hæc de testamentis. † Sequitur quintus acquirendi modus jure civili, nempe ab intestato. Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure, cujus testamentum ruptum, irritumve, aut ex quo nemo heres extitit 113. Intestati hereditas primum ad suos heredes pertinet 114. Sui heredes sunt jure civili liberi, qui in potestate positi defuncti cum moritur, (cum iis etiam succedunt filii emancipati jure Prætorio 115: emancipati, inquam, licet ab aliis sint adoptati, idque Constitutione Justiniani 116, expulso ea in parte veteri jure 117) sive legitimi, sive naturales, sive legitimati, sive adoptivi, sive nati, sive posthumi sint 118: si heredes sunt, etiam ignorantes: & in eos, morte parentis, continuatur dominium ipso jure 119. Suorum numero continetur & is, qui ab hostibus revertitur post mortem patris 120. Suus est etiam cujus pater prœduellionis damnatus, ac memoria damnata: sed suus esse desinit, quia bona parentis ad fiscum deferuntur 121. Filii & filię æqualiter parentibus succedunt. Cum iis nepotes ex altero filio mortuo concur-

1 §. ult.	2 Tit. 12. Quibus non est permittum facere testamentum.	3 §. 1.
4 §. 2.	5 §. 3.	6 §. 4.
7 §. ult.	8 Tit. 13. §. 1. 2. 6. De exheredatione liberorum.	9 §. 4.
10 §. 6.	11 d. Tit. 13. in pr. & §. 5.	12 §. 4. & §. 5. in fin. l. pen. C. de adopt.
13 §. 3. & 4. vers. emancipati.	14 Tit. 14. in princ. §. 1. 2. 3.	15 §. 4.
16 §. 12.	17 §. 5.	18 §. 6. 7. 8.
19 §. 10.	20 §. 11.	21 §. 9.
22 Tit. 15. De vulgaribus substitutionibus.	23 §. 1.	24 §. 2.
25 §. 3.	26 §. ult.	27 Tit. 15. §. 1. De pupillari substitutione.
28 §. 4.	29 d. Tit. 16. in pr.	30 §. 2.
31 §. 5.	32 §. 6.	33 §. 7.
34 §. 8.	35 §. ult.	36 §. 3.
37 Tit. 17. Quibus modis testamenta infirmantur.	38 §. 1.	39 §. 2. 3.
40 §. 7.	41 §. ult.	42 §. 4. 5. 6.
43 Tit. 18. De inofficioso testamento.	44 §. 1. & 2.	45 §. 3.
46 §. ult. addo & casus §. 4. 5.	47 Tit. 19. in pr. & §. 1. de heredum qualitate & differentia.	48 §. 2.
49 §. 3. 4.	50 §. 5.	51 §. ult.
52 Tit. 20. De legatis.	53 §. 1.	54 §. 2.
55 §. 2.		

56 §. 4.	57 §. 6. & 9.	58 §. 5.	59 §. 7.	60 §. 11.	61 §. 12.	62 §. 16.
63 §. 13. & §. 21. in fin.	64 §. 14.	65 §. 15.	66 §. 17.	67 §. 18.	68 §. 19.	69 §. 20.
70 §. 21. in pr.	71 §. 23.	72 §. 10.	73 §. 24.	74 §. 25.	75 §. 26.	76 §. 28.
77 §. 27.	78 §. 8.	79 §. 22.	80 §. 29.	81 §. 30.	82 §. 31.	83 §. 32. 33.
84 §. 34.	85 §. 35.	86 §. ult.	87 Tit. 21. De ademptione legatorum, & translatione.	88 §. ult.	89 Tit. 22. De lege Falcidia.	90 §. 1.
91 §. 2.	92 §. ult.	93 Tit. 23. De fideicommissariis hereditatibus & ad SC. Trebellianum.	94 §. 1.	95 §. 2.	96 §. 3.	97 §. 4.
98 §. 5.	99 §. 6.	100 §. 7.	101 §. 8.	102 §. 8. & 9.	103 §. 7.	104 §. ult.
105 Tit. 24. De singulis rebus per fideicommissum relinquantibus.	106 §. 1.	107 §. 2.	108 §. ult.	109 Tit. 25. in pr. & §. ult. De codicillis.	110 §. 1.	111 §. 2.
112 §. 1.	113 Lib. III. Tit. I. De hereditatibus que ab intestato deferuntur.	114 §. 1.	115 §. 5.	116 §. 1.	117 §. 10. II. 12. 17.	118 §. 2. 7. 9.
119 §. 3.	120 §. 4.	121 §. 5.				

rentes succedunt, non in capita, sed in stirpes: nec eo casu qui gradu proximior est, posteriorem excludit<sup>1</sup>. Nepotes vero & deinceps liberi ex filia concurrentes cum superius enumeratis personis, minus tertia parte accipiunt, quam mater eorum vel avia acceptura fuerat<sup>2</sup>. Concurrentes cum agnatis transversalibus eos excludunt<sup>3</sup>. Ubi vero nulli sui sunt, vel quali sui, hereditas ab intestato ad proximum agnatum olim pertinebat<sup>4</sup>: sed hodie agnatis cognati, quoad successiones, sunt exæquati<sup>5</sup>. Agnati sunt cognati per viriles personas conjuncti<sup>6</sup>. Succedunt sibi invicem agnati, etiam si gradu (de gradibus vide Tit. 6.) longissimo sint<sup>7</sup>, puta decimo<sup>8</sup>. Sed hodie soror cum fratre fratri succedit, veteri jure expulso<sup>9</sup>: hereditate, non in stirpes, sed in capita dividenda<sup>10</sup>. † Olim frater & soror defuncti, filios & filias alterius defuncti excludebant<sup>11</sup>: sed hodie non sunt semoti, propter eis concessum jus representationis<sup>12</sup>, quo casu cum patruo suo succedunt in stirpes, non in capita<sup>13</sup>. Olim etiam cum fratribus defuncti mater non succedebat, sed cum solis fororibus<sup>14</sup>: eo etiam casu pater defuncti matrem ejus excludebat<sup>15</sup>: sed hodie ex SC. Tertulliano etiam cum masculis fratribus utroque etiam parente conjunctis defuncti pater ac mater concurrunt æqualiter<sup>16</sup>, ut tantum percipiat, quantum unusquisque fratrum defuncti<sup>17</sup>. Cum is etiam concurrunt filii fratris defuncti: fratris, inquam, qui defuncto fratri ex utroque parente juregebatur. Nov. 127. c. 1. Ubi vero agitur de successione agnati vel cognati sine liberis, vel parentibus vel fratribus aut fororibus mortui: soli fratrum vel fororum liberi, ac deinceps cognati relicti, patruo suo ab intestato succedunt, non in stirpes, sed in capita<sup>18</sup>. Hinc constat, magnum iudicium adhibendum esse in legendo tit. 2. 3. 4. 5. hujus libri<sup>19</sup>. Et quidem quarto ostenditur quemadmodum filii, filia, nepotes, neptes matri & avia succedant ex SC. Orphitiano: item de jure adscendendi. Quinto cognatus cognato ut succedat. Sexto de gradibus cognationum. † De servili cognatione, vide tit. 7. 20 de successione libertorum tit. 8. & 9. 21. Quod ad bonorum possessiones attinet, quæ jure Prætorio conceduntur, notandus est ordo qui sequitur, eas scilicet dari vel ex testamento, vel ab intestato. Ex testamento dupliciter: contra tabulas liberis præteritis: secundum tabulas scriptis heredibus. Ab intestato, hoc ordine: unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor, & ex legibus, expulso veteri ordine<sup>22</sup>. † De sexto adquirendi modo jure civili per adrogationem, vide tit. 11. 23. † De septimo per bonorum additionem, vide tit. 12. 24. † De aliis modis, qui fiebant per bonorum venditiones, & ex SC. Claudiano sublati, vide. tit. 13. 25. † Qui nunc sequitur adquirendi modus utilissimus est: constat autem obligatione<sup>26</sup>: Obligatio vero nihil aliud est, quam juris vinculum quo necessitate adstringimur, alicujus rei solvendæ causa, secundum civitatis Romanæ jura<sup>27</sup>. Obligationum prima divisio hæc est: obligationum alia Civiles sunt, alia Prætoriae, seu honorariae. Hæc ex Prætoris jurisdictione: illæ, aut legibus constitutæ, aut iure civili comprobatae<sup>28</sup>. Altera divisio in quatuor species deducitur. Alia enim sunt ex contractu vel quasi: alia ex delicto vel quasi. Quæ sunt ex contractu: aut re, aut verbis, aut literis, aut consensu contrahuntur<sup>29</sup>. † Re, veluti mutui<sup>30</sup>, indebiti<sup>31</sup>, commodati<sup>32</sup>, depositi<sup>33</sup>, pignoris acceptione<sup>34</sup>. Harum obligationum nomine competit nobis conditio mutui, indebiti, commodati, depositi, pignoris<sup>35</sup>. In mutuo semper dominium transfertur: in commodato, deposito, & pignore nunquam<sup>36</sup>: in indebitis interdum. In mutuo ab accipiente casus fortuiti præstantur: in commodato, & pignore, exacta diligentia, ac consueta observari a bono patrefamilias<sup>37</sup>: in deposito solus dolus præstatur<sup>38</sup>. Hinc colligere possis, quid juris sit in indebitis. † Verbis contrahitur obligatio ex interrogatione & responsum, quoties aliquid dari fieri (in hujusmodi stipulationibus quæ factum continent, optimum est pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit: ac necesse sit actori probare quid ejus intersit<sup>39</sup>) stipulamur: certum, unde conditio certi: vel incertum, unde ex stipulatu actio descendit. Stipulatio a stipulo, id est, firmo, vel a stipite dicitur<sup>40</sup>. Et hæc de definitione, effectu & etymo stipulationis. Olim solennia stipulationum verba hæc fuerunt, Spondes? promittis? fideipromittis? fidejubes? dabis? facies? responsum vero verba superioribus respondentia. Hodie quibusvisque verbis fit. Fit stipulatio omni lingua: sufficit congruenter ad interrogata respondere<sup>41</sup>. Fit etiam pure, aut in diem, aut sub conditione. Priori modo, confessum peti potest res promissa<sup>42</sup>. Duobus postremis, postquam dies venerit, vel conditione impleta<sup>43</sup>. Qui stipulatur annua quoad vivet, heredem suum non juvat<sup>44</sup>. Quoties sub conditione stipulamur, in casum seu factum differtur obligatio: ex ea spes est, debitum iri, eamque ipsam spem ad heredem transmittimus, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit: si ita stipulamur, Dabis si non fecero? perinde est ac si stipulati essemus, Cum moriemur<sup>45</sup>. Conditiones ad præsens, vel ad præteritum tempus relatæ, aut statim infirmant obligationem, puta si fallæ sint; aut omnino non differunt, puta si veræ sint. Nam quæ per rerum naturam certa sunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint<sup>46</sup>. Loca interdum inferuntur stipulationibus, veluti Carthagini dabis? talis stipulatio re ipsa, seu tacite habet tempus adjectum, quo promissor Carthaginem ire poterit: ideoque qui Romæ ita stipulatur, Hodie Carthagini dabis? nil agit: est enim inutilis repromissio<sup>47</sup>: & hæc de forma stipulationis dicta sint. † Stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt<sup>48</sup>. Rei simul quoties vel plures stipulantur, vel promittunt<sup>49</sup>: utrovis modo solidum debetur, a quovis eorum solidum præstatur & accipitur<sup>50</sup>: Eorum unus pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest. Nec impedimento erit dies aut conditio quo minus ab eo, qui pure obligatus est, petatur<sup>51</sup>. † Quod liberi in potestate positi<sup>52</sup>, & servi etiam hereditarii, quovis modo stipulantur, domino acquirunt<sup>53</sup>: nisi factum in stipulatione contineatur<sup>54</sup>. Communis servus unicuique dominorum

pro portione domini acquirit: nisi aut uni nominatim, aut unius jussu stipulatus sit: aut alter dominus acquirendi capax non sit: tunc enim ei soli acquiritur<sup>55</sup>, & hæc de personis. † Stipulationum divisiones hæc sunt. Alia Judiciales, quæ a mero iudicis officio proficiuntur: Prætoriae & Aedilitiæ, quæ a mero Prætoris officio descendunt<sup>56</sup>: Communes, id est, partim Prætoriae, partim judiciales<sup>57</sup>: Conventionales, quæ ex conventionione utriusque partis concipiuntur<sup>58</sup>. Alia inutiles vel utiles, de quibus hoc primum tenendum est. Res omnes mobiles, vel soli, dominio nostro subiectas in stipulationem deduci posse<sup>59</sup>. Contra non possumus stipulari utiliter rem, quæ in rerum natura non est, aut esse non potest<sup>60</sup>, rem sacram, religiosam, publicam, liberum hominem, rem nostram<sup>61</sup>, etiam eo casu quo nostra erit<sup>62</sup>, factum turpe, vel ob turpem causam<sup>63</sup>, factum alienum seu alium facturum vel daturum<sup>64</sup>, alii, cui dari nostra non interest (nisi pœnam stipulemur, quo casu ita factum non erit<sup>65</sup>: vel citra stipulationem pœnalem, nisi ei cuius juri subiecti sumus, stipulemur: nisi in extraneam personam solutionem conferamus: nisi eis qui juri nostro subiecti sunt stipulemur; hoc enim ultimo casu nobis acquirimus<sup>66</sup>: nisi pupillo vel procuratori; tunc enim nostra interest eis dari<sup>67</sup>) vel ab eo qui nostro juri subiectus est, vel ab eo cuius juri subiecti sumus<sup>68</sup>. Inutilis est etiam stipulatio, si ad interrogata non fuerit responsum<sup>69</sup>. Exemplo sit is qui de una re interrogatus, de alia respondit<sup>70</sup>. Mutus<sup>71</sup>, furiosus, neque stipulari, neque promittere possunt<sup>72</sup>. Pupillus, sine tutore stipulari potest: at non promittere<sup>73</sup>. Pupillum intelligimus, qui proximus est infantia, non infantem<sup>74</sup>. Sub conditione impossibili (qualis est, cui natura impedimento est, quo minus existat) si stipulati fuerimus, perinde est, ac si pure stipulatio facta esset: ideoque statim peti potest<sup>75</sup>. Inter absentes concepta stipulatio inutilis est. Absens fuisse non intelligitur, quem præsentem fuisse scriptura seu instrumentum testatur (hoc enim casu scriptura creditur & præsumitur pro instrumento): sed tamen reus potest manifestissimis probationibus vel per scripturam, vel per testes idoneos probare, toto eo die quo conficietur instrumentum, se vel adversarium suum in aliis locis fuisse<sup>76</sup>. Post mortem, sive pridie quam moriamur, dari, stipulari, vel promittere possumus<sup>77</sup>: sed & ita, cum moriar, vel ita cum morieris<sup>78</sup>, post mortem alterius<sup>79</sup>. Possumus etiam præpostere stipulationem concipere, puta hoc modo, Si navis ex Asia venerit, hodie dabis<sup>80</sup>? Item plures res una stipulatione comprehendere: quo casu si ad omnes promissor responderit, ad omnes tenebitur<sup>81</sup>. Præterea sub conditione, cuius spem ad heredem nostros, & in heredem promissoris transmittimus<sup>82</sup>. Postremo, hoc anno, hoc mense: tunc autem, nisi omnibus anni vel mensis partibus præteritis, non recte petitur<sup>83</sup>. Si fundum dari stipulatus fueris, vel hominem, non poteris continuo agere, nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit<sup>84</sup>. † Stipulationum promissionibus solent fidejussores adijci<sup>85</sup>, in omni contractu<sup>86</sup>: heredem relinquunt obligatum<sup>87</sup>. Obligationem præcedere possunt & subsequi<sup>88</sup>. Quovis idiomate obligari possunt<sup>89</sup>. † Si plures sint, epistolæ D. Hadriani seu divisionis beneficium habent, de qua vide §. 4. 90. Non possunt obligari, ut plus debeant, quam principalis, ut minus debeant, possunt. Minus intelligimus re vel tempore<sup>91</sup>. Si quid rei principalis nomine solverint, pro eo recuperando mandati habent iudicium<sup>92</sup>. Quem fidejussisse constat, eum solenniter & maturo consilio fidejussisse præsumimus<sup>93</sup>. Et hæc de obligatione, quæ verbis perficitur. † Literis sive scriptura quæ constat obligatio, promissorem obligat: sed tamen intra biennium exceptionem pecuniæ non numeratæ objicere potest<sup>94</sup>. Et hæc de literarum obligationibus. † Restant quæ sunt consensu: in quibus neque scriptura, neque præsentia, neque rei traditio opus est. Sufficit ut qui contrahunt, consentiant, etiam absentes per epistolam vel nuncium. In his etiam alter alteri ex æquo & bono obligatur<sup>95</sup>. † Ejus generis est emptio & venditio, quæ simulatque de pretio conventum est, contrahitur: quamvis nondum pretium numeratum sit: ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptiois contractæ, non ipsa emptio. Pretium igitur in venditione constitui oportet: nam sine pretio nulla emptio esse potest<sup>96</sup>. Certum pretium esse debet (certum illud etiam existimamus, quod tertius existimaverit<sup>97</sup>) & in numerata pecunia (qua in re emptio a permutatione differt<sup>98</sup>). Venditione ita contracta, periculum & commodum rei venditæ statim ad emptorem pertinet: tametsi res emptori tradita non sit<sup>99</sup>. Emptio sub conditione, & pure contrahi potest<sup>100</sup>. Rem sacram, religiosam, publicam, frustra quis sciens emit: ignavis si emerit, habet actionem ex empto adversus venditorem, ut consequatur quod sua interest non fuisse deceptum<sup>101</sup>. Præter superius genus emptiois, aliud est quod scriptura perficitur, quod tunc demum perfectum intelligitur, cum instrumenta venditionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio scripta, & a contrahentibus subscripta, vel a tabellone completa & absoluta. Donec aliquid ex his deest, pœnitentiæ locus est. Potest alteruter contrahentium sine pœna recedere a contractu, nisi arrha data sit: tunc enim pœnitens emptor, arrham: venditor, duplum arrhæ restituere compellitur<sup>102</sup>. † Et hæc de venditione & emptione: cui proxima est, locatio & conductio. Utraque contracta intelligitur si merces constituta est<sup>103</sup>, etiam alieno arbitrio. Merces in pecunia esse debet. Nam si invicem rem utendam accipimus: non ex locato & conducto, sed præscriptis verbis agimus<sup>104</sup>. Si aurum meum dedi aurifici, ut annulos conficeret, mera locatio: si is & aurum, & operas præstitit, auri ratione emptio & venditio: operarum vero, locatio & conductio intelligitur<sup>105</sup>. † Locare possumus alteri prædia perpetuo fruenda, ea lege, ut quamdiu pensio pro his præstabitur, conductor ejusve heres, aut qui ab eo causam habet quocumque modo, expelli non possit: quod genus contractus Emphyteusum vocamus. Particularia hujusmodi prædii damna colonus patitur: universalia, ipse prædii dominus<sup>106</sup>. Cæterum con-

1 §. 6. 2 §. 15. 3 §. ult. 4 Tit. 2. de legitima agnatorum successione. § Nov. 118. cap. 4. 5. 6 §. 1. 2. 7 §. 3. 8 Tit. 5. §. ult. 9 d. §. 3. 10 §. 4. in fin. 11 d. §. 4. in fin. 12 Nov. 127. 13. Auth. Cessante. C. de legit. heredib. 14 Tit. 3. De Senatusconsulto Tertulliano. 15 Tit. 3. §. 3. 16 Nov. 127. in fin. princ. 17 Nov. 22. c. 47. in fin. Nov. 118. cap. 2. 18 Casus lib. 2. in fin. c. 8. eamque opinionem, uti æquiorum, defendit Zasius, l. Resp. 7. Mynsingerus 3. obs. 94. Carolus V. quoque Imperator idem statuit. 19 Tit. 2. 3. 4. 5. 6. unde agitur de gradibus cognationum, De Senatusconsulto Orphitiano. De successione cognatorum. De gradibus cognationum. 20 Tit. 7. De servili cognatione. 21 Tit. 8. 9. De successione libertorum. 22 Tit. 10. De bonorum possessionibus. 23 Tit. 11. De acquisitione per adrogationem. 24 Tit. 12. De eo, cui libertatis causa bona addicuntur. 25 Tit. 13. De successione sublati, que fiebant per bonorum venditiones, & ex Senatusconsulto Claudiano. 26 Tit. 14. De obligationibus. 27 d. tit. 14. 28 §. 1. 29 §. ult. 30 Tit. 15. Quibus modis re contrahitur obligatio. 31 §. 1. 32 §. 2. 33 §. 3.

34 §. ult. 35 Toto titulo. 36 §. 2. 37 §. 2. & ult. 38 §. 3. 39 Tit. 16. De verborum obligationibus. §. ult. 40 Tit. 16. in pr. 41 §. 1. 42 §. 2. 43 §. 2. & §. 4. 44 §. 3. 45 §. 4. 46 §. 6. 47 §. 5. 48 Tit. 17. De duobus reis stipulandi & promittendi. 49 d. Tit. 17. 50 §. 1. 51 §. ult. 52 Tit. 18. §. 1. De stipulatione servorum. 53 Tit. 18. in pr. & d. §. 1. 54 §. 2. 55 §. ult. 56 Tit. 19. in pr. & §. 1. 2. De divisione stipulationum. 57 §. 4. in pr. & §. 1. 58 §. 3. 59 Tit. 20. De inutilibus stipulationibus. 60 §. 1. 61 §. 2. 62 §. 22. 63 §. 24. 64 §. 3. 65 §. 19. 21. 66 §. 4. 67 §. 20. 68 §. 6. 69 §. 8. 70 §. 23. 71 §. 7. 72 §. 8. 73 §. 9. 74 §. 10. 75 §. 11. 76 §. 12. 77 §. 13. 78 §. 15. 79 §. 16. 80 §. 14. 81 §. 18. 82 §. 25. 83 §. 26. 84 §. ult. 85 Tit. 21. De fidejussoribus. 86 §. 1. 87 §. 2. 88 §. 3. 89 §. 7. 90 §. 4. 91 §. 5. 92 §. 6. 93 §. ult. 94 Tit. 22. De literarum obligationibus. 95 Tit. 23. De obligationibus ex consensu. 96 Tit. 24. in pr. De exceptione & venditione. 97 §. 1. 98 §. 2. 99 §. 3. 100 §. 4. 101 §. ult. 102 in pr. hæc tit. 103 Tit. 25. De locatione & conductione. 104 §. 1. 105 §. 4. 106 §. 3.

ductor legem conductionis fervare debet, eamque ex æquo & bono sup- plere. Qui accepta pecunia, rem custodire promisit: custodiam dili- gentissimi patrisfamilias debet, de casu fortuito non tenetur 1. Mortuo conductore intra tempus conductionis, heres ejus eodem jure in con- ductionem succedit 2. Locatori, locati: conductori, conducti actio da- tur 3. † Sequitur societas, quæ aut totorum bonorum: aut unius alicu- jus negotiationis est 4. Partes lucri & damni expressæ, servandæ sunt: si non expressæ, æquales erunt 5. Coire ita societatem possumus, ut ego lucri duas partes, damni tertiam feram: tu duas damni, lucri tertiam habeas: quia mea opera ita pretiosa esse potest in societate, ut justum sit me in societatem conditione meliore admitti. Potest etiam conveniri, ut ego pecuniam conferam, tu non conferas, & tamen lucrum sit commune, si modo opera tua pro pecunia valet: ut lucri partem feras, de damno non tenearis, si modo in alia re lucrum, in alia damnum illatum sit 6: ut compensatione facta quod superest solum intelligatur in lucro esse. Si in una causa (puta lucro) pars expressa est, in altera (puta damno) omissa: in eo quod omissum est, eadem pars servabitur 7. Solvitur societas dissensu legitimo, non fraudulento 8: morte unius socii, nisi in coeunda societate aliter convenerit 9: finito rei negotio 10: pu- blicatione omnium bonorum unius socii 11; vel cessione 12. Socius so- cio culpæ tenetur & diligentia; diligentiam intellige non exactissimam, sed qualem socius in rebus suis adhibere solet 13. † Sequitur manda- tum 14 quod fit, vel ut mea tantum 15, vel ut mea & tua 16, vel ut alterius 17, vel ut mea & socii 18, vel ut tua & alterius 19, vel ut tua tantum geras negotia: cujus generis mandatum magis consilium est quam mandatum: ob id non est obligatorium, ut & illud quod contra bonos mores est omnimodo 20. Qui mandatum accepit, non debet excedere fines mandati 21. Mandatum revocari potest re integra 22. Intelligitur revocatum morte mandantis, si modo mandatarium mortem ejus intellexit 23. Mandatum non suscipere liberum est: susceptum consummandum est, aut renunciandum 24. In diem differri, & sub conditione fieri potest 25: gratuitum esse debet. Et hæc de obligationi- bus quæ ex contractu fiunt, dicta sunt. † Sequitur ut videamus quæ obligationes ex quasi contractu nascuntur 26. Inter negotiorum gesto- rem & eum cujus negotia gesta sunt 27, inter tutorem & pupillum 28, inter eos qui communem rem habent 29, inter heredem & legatarios 30, inter eum qui per errorem non debitum solvit, accipit, ultro citroque nascuntur obligationes ex quasi contractu 31. † Hic dicendum erat de obligationibus ex delicto vel quasi: sed quia Tribonianus interferit tractatum de personis obligationem acquirantibus, & de contrariis obli- gationis, utrumque caput considerandum nobis erit. Acquirimus obli- gationem per nos, per servos, per filios in potestate 32, per liberos homines, & per alienos servos quos bona fide possidemus 33, per ser- vum usufructuarium & usufructum 34 & communem 35. Tollitur vero obligatio solutione ejus quod debetur 36, acceptatione seu imaginaria solutione 37, novatione seu interventu novæ personæ 38, contraria vol- untate 39. † Sequuntur obligationes ex delicto, vel quasi: illæ nascuntur ex re, id est, ex ipso maleficio, veluti furto, rapina, damno, injuria 40. † Furtum est contrectatio fraudulosa rei alienæ luci facien- di causa 41. Dicitur a furvo, id est, nigro (fit enim clam) vel a fe- rendo 42. Manifestus fur est, qui in ipso furto deprehenditur, vel in eo loco quo furtum fit: quique ibi furtivam rem tenet: Non manifestus est ei contrarius 43 (de concepti, oblati, prohibiti furti antiquis actio- nibus v. §. 4. 44) manifestus quadrupli, non manifestus dupli tene- tur 45. Qui pignore, aut deposito utitur, furtum committit: ut & commodatarius rem utendam acceptam in alium usum transferens 46: modo intelligat id se invito domino facere 47, nisi domino volente id faciat. Si servum meum, a te de furto mihi faciendo sollicitatum, per- misi quoddam res mihi furripere ut te in ipso delicto deprehenderem, furti & servi corrupti nomine mihi teneris: utcumque me volente, eo casu videaris rem meam contrectasse 48. Furtum committit, qui liberum hominem furripit 49: qui creditori suo pignus datum subtrahit 50: sed & is cuius ope & consilio furtum factum est, veluci qui tibi nummos excussit, ut alius eos raperet: qui tibi obstitit, quominus furem ad- prehenderes: qui boves tuos fugavit, ut alius eos acciperet: qui sca- las fenestris supponit, aut sciens commodat ferramenta ad effringen- dum: vel qui ostium effringit, ut alius furtum faciat. Qui tantum consilium dedit, furti non tenetur 51. Servi domini, liberi parenti- bus furti non tenentur 52. Furti actio competit ei, cujus interest rem salvam esse 53: ideoque & creditori, ob pignus subreptum 54: & fulloni ob vestimenta subrepta: & bonæ fidei emptori 55: & certis casibus ei, qui rem commodatam accepit 56: non idem est in depositario 57. Im- pubes proximo pubertati furti teneri potest 58. Rem nobis subreptam a quovis possessore vindicare possumus: eam vero ipsi furi condicimus, & præterea dupli, vel quadrupli poenam exigimus 59: & hæc de furto. Rapina, furto deterior: cujus nomine intra annum, quadrupli; post an- num, simpli actio nobis competit 60 adversus eum qui non errore ductus, sed dolo malo rapuit. Sed tamen qui rem suam ab ejus possessore per vim rapit, ejus dominus privatur: qui suam existimans, alienam tamen rapit, eam cogitur restituere: præterea jus æstimationem præstare: quod & in immobilium invasionibus locum habet 61: & hæc de vi & rapina. † Damni injuriæ actio constituitur per legem Aquiliam: cujus primo capite de servo & quadrupede (quæ pæcudum numero sit, quæque gregatim pasci dicitur 62) alterius occisus agebatur 63. Non injuria occidit qui insidiatorem 64, vel qui casu occidit. Contra, hic injuria oc- cidit, qui culpa 65, vel imperitia 65. Reus eo casu tenetur de occiso,

quanti eo anno plurimi fuit 67: & in id quod præterea perempto illo corpore damni illatum fuit 68. Idem etiam teneri protest lege Corne- lia 69. Cap. 2. leg. Aquil. non est in usu. Forte in eo agebatur de inter- cepta nobis utilitate per injuriam ab alio 70. Tertio capite agebatur de servo & quadrupede vulneratis, de feris occisis, de damno dato rebus inanimatis: ut si quid in eis usum, ruptum, fractum, corruptum, scissum, collisum, effusum, mixtum fuerit 71. Reus tenebatur eo no- mine, non quanti eo anno res plurimi fuisset: sed quanti in diebus tri- ginta proximis 72. Porro ex lege Aquilia directæ actio datur in eum qui corpore suo damnum dedit. Utilis in eum qui non corpore, sed tamen in corpus aliquid damnum dedit: veluti si hominem, vel pecus inclusit, ut fame necarentur: jumentum egit, ut præcipitaretur: servo persuasit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, ut læderetur. In factum, si neque corpore, neque in corpus damnum datum est ab aliquo: veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solvit, ut fugeret 73. Et hæc de damno. † Injuria gene- raliter dicitur, quod non jure fit: specialiter, ut contumelia 74. In- juriam facit, qui pugno pulsar, fustibus cædit, aut qui verberat. Convictum quis facit, vel voce, vel scripto 75: item is qui procurat injuriam fieri 76. Nihil interest nobis, an liberis, aut uxori fiat injuria 77. Si servus nostris in nostri contumeliam injuria facta est, injuriæ actio nobis competit: non si eis simpliciter convicium factum, aut pugno tantum sint percussi 78. Servum nostrum intelligimus, & quem cum alio habemus commu- nem 79, cujus sumus proprietarii 80, qui bona fide nobis servit (si modo in nostri contu- meliam et injuria facta sit 81.) Qui injuriam inulit, arbitrio judicis puniuntur per circum- stantias personarum 82, & rei, & facti atrocitate 83. Civiliter, quanti injuriam passus æstimaverit: vel minoris, prout iudici visum erit. Criminaliter, poena extraordinaria 84. Hæc actio diffimulatione abolitur 85: & hæc de obligationibus ex delicto. † Quasi ex de- licto obligatur iudex, cum litem suam facit 86: is ex cujus conaculo dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceretur 87: exercitor navis, aut cauponæ, aut stabuli, de da- mno, aut furto, quod in navi aut cauponæ, aut stabulo factum erit 88: & hæc de perio- nis & rebus dicta sunt.

De Actionibus privatis & publicis.

Sequuntur actiones, tertium juris objectum. † Actio nihil aliud est, quam jus persequen- di in iudicio quod sibi debetur 89. Actionum alia in personam sunt (quæ & conditiones:) alia in rem (quæ vindicationes dicuntur) corporalem, vel incorporalem ut servitutes 90. Et hæc quidem legitime sunt & civiles. Prætoris vero in rem & personam sunt varis. In rem, veluti Publiciana, qua experitur is, cui ex iusta aliqua causa res aliena tradita fuit, cujusque possessionem amittit, antequam eam uti caperet: periunde enim eam rem vindicat, ac si uti cepisset 91. Restitutio datur captivo, aut abieciæ res, causa, ad uti capionem suorum bonorum factam restitendam 92. Pauliana est, qua creditores recedunt in sui frau- dem alienationem factam a suis debitoribus 93. Serviana vero, qua locator de rebus coloni experitur. Quasi Serviana qua creditores pignora, & hypothecas persequuntur 94. † Præ- judiciales sunt per quas queritur, An aliquis liber, An libertus, vel De partu agnoscendo 95. In personam, veluti de pecunia constituta 96: constituitur autem qui unquam pro se, vel pro alio citra stipulationem se solviturum promittit 97. De peculio adversus patrem & domi- num 98. Ex iurejurando 99. Pœnales, in alibi corruptorem & alios 100. Secunda actio- num divisio. Actionum alia sunt rei persequendæ 101. (ut omnes in rem, & fere omnes in personam 102) alia pœnæ persequendæ seu pœnales (puta ex maleficiis 103) alia mixta. Mixtae sunt quibus vel rem & poenam persequimur 104, vel quas in rem & personam dirigimus 105. Tertia divisio. Actionum alia in simplicium 106 (veluti ex stipulatione, mutuo, empto, locato, & similibus 107) in duplum 108, in triplum 109, in quadruplum sunt 110. Quarta divisio. Actionum alia bonæ fidei sunt, quedam stricti juris 111, quedam arbi- trariæ 112. Quinta divisio. Quibusdam actionibus solidum persequimur, quibusdam mi- nus solidum 113. De ista divisione infra dicemus tit. 12. In actionibus danda est opera, ne plus quam oportet, petatur. Plus petitur quatuor modis, re, tempore, loco & cau- sa 114. † Non tantum actione utimur in eum qui ipsemet contraxit, vel deliquit: quod ipse vel contraxerit, vel deliquerit: sed quia ejus servus filiusve nobis vel ex contractu, vel delicto obligatus est. Ex contractu 115, puta si iussu patris vel domini cum filio vel servo contraxero, pater & dominus tenentur etiam directo 116 in solidum 117. Uterque iussisse intelligitur, si navi (hinc exercitoria) vel tabernæ (hinc institoria 118) vel peculio seu peculiari meri (hinc tributaria 119) personas sibi subiectas (non quocumque modo propo- fuerint 120. Interdum etiam huiusmodi personæ tenentur, licet libes vel servos non pro- posuerint: puta si filii vel servi rem quam nobiscum gesserunt, in rem, & utilitatem pa- tris vel domini necessario, vel utiliter, verterunt: tunc enim datur nobis de in rem verso actio 121. Nunquam vero in patrem ignorantem datur actio, ob mutuum filio esse datum, propter Senatufconsulti Macedoniani auctoritatem 122. Ex delicto vero servi datur in do- minum actio noxalis, per quam ipse dominus servum dedere tenetur, aut litis æstimationem sufferre 123. Ex delicto liberorum pater filium filiamve noxæ dedere non potest. Id enim naturalis amor & pudicitia filiarum non admittit. Conveniunt ergo ipsimet liberi, si de- liquerint 124. Ex delicto seu pauperie animalium, ipsi domini etiam tenentur, si quid la- scivia, aut pavore, aut feritate damni dederint: sed tamen liberabitur dominus si ea ani- malia noxæ dederit 125, nisi canem, verrem, aprum, leonem, ursum ibi habeat, qua vulgo iter fit: tunc enim tanti dominus condemnatur, quanti iudex arbitratus fuerit 126. Et hæc de dominis & parentibus. † Possumus quoque per procuratorem, tutorem, cura- torem legitimum agere, quia morbus, ætas, & huiusmodi causæ id requirunt 127. Procurator dicitur, cui rem nostram agere permisimus 128. † Rei præsentis onus est (hic omittimus observationes juris veteris) ut vel iuret, vel promittat, vel etiam fati- scet (si id qualitas ejus personæ exigat) quod in iudicio permanebit usque ad terminum litis 129. Absentis vero, satisfare nomine sui procuratoris, iudicium solvi, & tempore recitante sententiæ, se in iudicium venturum 130. Quod si absens est omnino, & nesciat litem sibi moveri, quis potest ejus defensionem subire, satisfatione prius, iudicium solvi, præstita 131. & hæc de reo. Procurator vero actoris, carens mandato domini expresso, vel infirmato, cavere debet rem ratam dominum habiturum 132. Sequitur sexta actio- num divisio superioribus annexenda. Actionum alia temporales, alia perpetuæ ac in heredes dantur 133. † Et his quidem actionibus actores utuntur. Exceptionibus vero rei 134. Excipiuntur autem de metu, dolo, errore 135, & pecunia non numerata 136, de pacto convento ne petatur 137, de re juramento decisa 138, de iudicata 139, & si- milibus 140. Earum exceptionum quædam ex legibus, quædam ex iis quæ legis vicem obtinent, quædam ex ipsius Prætoris iurisdictione substantiam capiunt 141. Aliae perpe- tuæ, quæ semper obstant agentibus 142. Alia temporales, quæ ad tempus nocent, & temporis 143 vel personæ dilationem tribuunt 144. † Exceptionibus opponuntur rep- licationes, quibus replicatur atque resolvitur jus exceptionis 145. Ipsas replicationes eli- dit duplicatio 146: duplicationem, triplicatio 147: de quibus latius in Digestis tractat- ur 148. Quæ debitoribus principalibus exceptiones profunt, plerumque accommodari solent etiam fideiussoribus: quia quod ab his petitur, id ab ipso debitore peti videtur: ut qui mandati iudicio redditurus est iis, quod si pro eo solverint 149. Adiones, de quibus supra diximus, proprietatis causam definiunt. † Interdicta vero proponuntur maxime, quoties de possessione, aut quasi, agitur 150. Suntque prohibitoria, restitutoria, exhibito- ria 151, possessionis adipsicendæ 152, retinendæ 153, recuperandæ 154, simplicia (in quibus alter actor, alter reus) duplicia (in quibus unumquisque tam rei quam actoris partes sustinet 155). Possidere dicimus, si ipsi possidemus, vel alii nostro nomine 156. Interdicta hodie non sunt ita in magno usu 157. † Actorum temeritas olim vel pecu- niaria poena, vel iurisjurandi religione, vel infamiam metu coerceretur 158. Si quidem actor jurare solebat se non calumniandi animo actionem intendere: Reus se bona in- stantia uti. Advocati etiam jurabant 159. Ex quibusdam iudiciis damnati ignominiosi sunt 160. Omnium actionum instituentiarum principium, ab in jus vocatione sumit- tur 161. † In iis omnibus, puta noxalibus 162, in rem 163, ad exhibendum 164, familiaris circundæ 165, communi dividundo 166, finium regundorum 167, iudicis & actionibus, iudicis officium late patet 168. † Sequuntur publica iudicia 169, ita dicta, quod civis ex populo executio eorum plerumque datur 170. Horum quedam mortem inferunt, quedam infamiam cum damno pecuniario 171. Publica iudicia sunt crimen maiestatis 172, adulterii 173, homicidii 174, parricidii 175, falsi 176, de vi publica, privata, & de rapto 177, peculatus (quo tenentur qui pecuniam publicam, rem sacram, vel religiofam, furati sunt 178), plagii (in quod incidunt, qui liberos homi- nes furripiunt 179,) ambitus, repetundarum, de annoa, de residuis 180. Et hæc de jure in his Institutionibus comprehenso paucis dicta sunt 181.

1 §. 5. 2 §. ult. 3 in pr. hoc tit. 4 Tit. 26. De societate. 5 §. 1. 6 §. 2. 7. §. 3. 8 §. 4. 9 §. 5. 10 §. 6. 11 §. 7. 12 §. 8. 13 §. ult. 14 Tit. 27. De man- dato. 15 §. 1. 16 §. 2. 17 §. 3. 18 §. 4. 19 §. 5. 20 §. 6. 21 §. 7. 22 §. 8. 23 §. 9. 24 §. 10. 25 §. 11. 26 §. 12. 27 Tit. 28. De obligationibus que quasi ex contractu nascuntur. 27 §. 1. 28 §. 2. 29 §. 3. 30 §. 4. 31 §. 5. 32 §. 6. 33 Tit. 29. Per quas personas nobis obligatio acquiritur. 33 §. 1. 34 §. 2. 35 §. ult. 36 Tit. 30. Quibus modis tollitur obligatio. 37 §. 1. 2. 38 §. 3. 39 §. ult. 40 Lib. IV. Tit. 1. De obli- gationibus que ex delicto nascuntur. 41 §. 1. 42 §. 2. 43 §. 3. 44 §. 4. 45 §. 5. 46 §. 6. 47 §. 7. 48 §. 8. 49 §. 9. 50 §. 10. 51 §. 11. 52 §. 12. 53 §. 13. 54 §. 14. 55 §. 15. 56 §. 16. 57 §. 17. 58 §. 18. 59 §. ult. 60 Tit. 2. De vi bonorum rapto- rum. 61 §. 1. 2. 62 Tit. 3. §. 1. De lege Aquilia. 63 d. Tit. 3. in pr. 64 §. 2. 65 §. 3. 4. 5. 6. 66 §. 7. 8. 67 §. 9. 68 §. 10. 69 §. 11. 70 §. 12. 71 §. 13. 72 §. 14. 15. 73 §. ult. 74 Tit. 4. De iniuriis. 75 §. 1. 76 §. 11. 77 §. 2. 78 §. 3. 79 §. 4. 80 §. 5. 81 §. 6. 82 §. 7. 83 §. 8. 84 §. 10. 85 §. ult. 86 Tit. 5. De obligationibus que ex quasi delicto nascuntur. 87 §. 1. 2. 88 §. ult. 89 Tit. 6. De actionibus. 90 §. 1. 2. 14. 15. 91 §. 3. 4. 92 §. 5. 93 §. 6. 94 §. 7. 95 §. 13. 96 §. 8. 97 §. 9. 98 §. 10. 99 §. 11. 100 §. 12. 101 §. 16. 102 §. 17.

103 §. 18. 104 §. 19. 105 §. 20. 106 §. 21. 107 §. 22. 108 §. 23. 109 §. 24. 110 §. 25. 26. 27. 111 §. 28. 29. 30. 112 §. 31. 32. 113 §. 36. 37. 38. 39. 40. Item ult. 114 §. 33. 34. 115 Tit. 7. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. 116 §. ult. 117 §. 1. 118 §. 2. 119 §. 3. 120 §. 6. 121 §. 4. 122 §. 7. 123 Tit. 8. in pr. §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. De noxalibus actionibus. 124 §. ult. 125 Tit. 9. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 126 §. 1. 127 Tit. 10. De iis per quas agere possumus. 128 §. 1. §. ult. 129 Tit. 11. in pr. §. 1. 2. 6. §. ult. de satisfac- tionibus. 130 §. 4. 131 §. 5. 132 §. 3. 133 Tit. 12. De perpetuis & temporalibus actio- nibus, & que ad heredes & in heredes transeunt. 134 Tit. 13. De exceptionibus. 135 §. 1. 136 §. 2. 137 §. 3. 138 §. 4. 139 §. 5. 140 §. 6. 141 §. 7. 142 §. 8. 9. 143 §. 10. 144 §. ult. 145 Tit. 14. De replicationibus. 146 §. 1. 147 §. 2. 148 §. 3. 149 §. ult. 150 Tit. 15. De interdictis. 151 §. 1. 152 §. 2. 3. 153 §. 4. 154 §. 6. 155 §. 7. 156 §. 5. 157 §. ult. 158 Tit. 16. De poena tenere litigantium. 159 §. 1. 160 §. 2. 161 §. ult. 162 Tit. 17. §. 1. De officio iudicis. 163 §. 2. 164 §. 3. 165 §. 4. 166 §. 5. 167 §. 6. 7. 168 in pr. hoc tit. 169 Tit. ult. De publicis iudiciis. 170 §. 1. 171 §. 2. 172 §. 3. 173 §. 4. 174 §. 5. 175 §. 6. 176 §. 7. 177 §. 8. 178 §. 9. 179 §. 10. 180 §. 11. 181 §. ult.

D I G E S T O R U M  
S E U  
P A N D E C T A R U M

DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI  
PRINCIPIS JUSTINIANI  
JURIS ENUCLEATI,  
EX OMNI VETERE JURE COLLECTI  
LIBRI L.

*AD PANDECTAS FLORENTINAS FIDELITER EXPRESSI,  
CUM NOTIS*

DIONYSII GOTHOFREDI JC.  
REPETITIS, EMENDATIS, AUCTIONIBUS.

ΕΞ ΟΣΩΝ ΑΡΧΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΗ ΑΥΤΩΝ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ ΣΥΓΚΕΙΤΑΙ ΤΩΝ ΠΑΡΟΝΤΩΝ ΔΙΓΕΣΤΩΝ ΗΤΟΙ ΤΟΥ ΠΑΝΔΕΚΤΟΥ ΕΥΣΕΒΕΣΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΣΥΝΤΑΓΜΑ

Id est:

Ex quot antiquis Auctoribus & Libris ab his factis compositum est Digestorum seu Pandectarum piissimi Imperatoris opus.

1. Budæus & Policianus in l. 1. de just. & jur. enumerant triginta & septem jurisconsultos, ex quorum libris hæ Pandectæ contextæ sunt. Sed plures fuerunt: enumerantur enim hic triginta quatuor; desunt autem Terentius Clemens, de quo in l. 16. ff. de probat. Cerebidius Scævola, l. 13. ff. de usuris. P. Furius Anthianus, l. ult. ff. de pact. Ælius Gallus, l. 157. ff. de verb. signif. Claudius Tripho- ninus, l. 67. ff. de rit. nupt. l. 29. ff. de action. rer. amotar. l. 39. ff. de puen. & Aristot. de quo in l. 20. ff. de jure dot. Anf.

Digeston βιβλια εννεηκοντα
Ad Minicium βιβλια ες
Ad Urfeium βιβλια τεσσαρα
De Ambiguitatibus βιβλιον εν
Papinianu
Questionon βιβλια τριακοντα επτα
Responson βιβλια δεκαεννια
Definitionon βιβλια δυο
De adulteriis βιβλια δυο
De adulteriis βιβλιον εν
Αφουρικων βιβλιον εν
Quintu Muciu Scævola
Ορων βιβλιον εν
Αλφινυ
Digeston βιβλια τεσσαρακοντα
Sabinu
Juris civilis βιβλια τρια
Προκλυ
Επιστολων βιβλια οκτω
Ααδωνυ
Πειθανων βιβλια οκτω
Posteriorum βιβλια δεκα
Νερατιν
Regularion βιβλια δεκαπεντα
Μεαδερων βιβλια επτα
Responson βιβλια τρια
Javolenu
Ex Cassio βιβλια δεκαπεντε
Epistola βιβλια δεκατεσσαρα
Ad Plautium βιβλια πεντε
Cellu
Digeston βιβλια τριακοντα εννεα
Πουπτονυ
Ad Quintum Mucium Iectionum βιβλια τρια
κοντα εννεα
Ad Sabinum βιβλια τριακοντα πεντε
Επιστολων βιβλια εικοσι
Variarum Iectionum βιβλια δεκαπεντε
Ad Plautium βιβλια επτα
Fideicommission βιβλια πεντε
Senatusconsultum βιβλια πεντε
Regularion βιβλιον εν
Ευχηριου βιβλια δυο
Βαλεντυ
Fideicommission βιβλια επτα
Μικριμυ
Fideicommission βιβλια δεκα ες
Publicon βιβλια δεκατεσσαρα
Μαυρικυ
Ad leges βιβλια ες
Τερατιν Κλημαργ
Ad leges βιβλια εικοσι
Αφρικανυ
Questionon βιβλια εννεα
Μαρκου
Digeston βιβλια τριακοντα
Ad leges βιβλια ες
Responson βιβλιον εν
Κεβιδυ Σκαβου
Digeston βιβλια τεσσαρακοντα
Questionon βιβλια εικοσι
Responson βιβλια ες
Regularion βιβλια τεσσαρα
De questione familie βιβλιον εν
Questionum publice tractatarum βιβλιον εν
Φλαυτινυ
Instituton βιβλια δεκα δυο
Γαικ
Ad Edictum provinciale βιβλια λδ
Ad leges βιβλια δεκαπεντε
Ad Edictum urbicum τα μια ευρεθεντα βιβλια δεκαο
Αυρεον βιβλια επτα
Δαδικαδου βιβλια ες
Instituton βιβλια τεσσαρα
De verb. obligationibus βιβλια κ
De manumissionibus βιβλια τρια
Fideicommission βιβλια δυο
De casibus βιβλιον εν
Regularion βιβλιον εν
Dotacion βιβλιον εν
Τποδικιας βιβλιον εν
Ad edictum de publicanis
Βουλπιυ
Stipulationon βιβλια δεκαπεντε

Actionon βιβλια δεκα
De officio Proconfulis βιβλια τεσσαρα
De pœnis paganorum βιβλιον εν
Publicon βιβλια τρια
De interditiis βιβλια ες
Τριφυλικυ
Questionon βιβλια οκτω
De castrensi peculio βιβλιον εν
Ιαση
Constitutionon βιβλια εικοσι
Ουλπιανυ
Ad Edictum βιβλια ουδενικοντα τρια
Ad Sabinum βιβλια πεντηκοντα εν
Ad leges βιβλια εικοσι
Disputationon βιβλια δεκα
Protribunation βιβλια δεκα
De officio Proconfulis βιβλια δεκα
Παιδικυ βιβλια δεκα
Regularion βιβλια επτα
Fideicommission βιβλια ες
Opinionon βιβλια ες
De adulteriis βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια τεσσαρα
De officio confulis βιβλια τρια
Instituton βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De censibus βιβλια ες
Responson βιβλια δυο
Τα αυτη μονοβιβλια
De sponfulibus
De officio Praefecti urbi
De officio Praefecti vigilum
De officio Curatoris reipublicae
De officio Pratoris tutelaris
De officio Quaestoris
Παυλυ
Ad Edictum βιβλια ουδενικοντα
Questionum βιβλια εικοσι ες
Responson βιβλια εικοσιτρια
Brevion βιβλια εικοσιτρια
Ad Plautium βιβλια δεκα οκτω
Ad Sabinum βιβλια δεκα ες
Ad leges βιβλια δεκα
Regularion βιβλια επτα
Regularion βιβλιον εν
Sentention ητοι factom βιβλια ες
Sentention βιβλια πεντε
Ad Vitellium βιβλια τεσσαρα
Ad Neratium βιβλια τεσσαρα
Fideicommission βιβλια τρια
Decreton βιβλια τρια
De adulteriis βιβλια τρια
Manualium βιβλια τρια
Instituton βιβλια δυο
De officio Proconfulis βιβλια δυο
Ad legem Æliam Sentiam βιβλια επτα
Ad legem Juliam βιβλια δυο
Regularion βιβλιον εν
De censibus βιβλια δυο
Τα αυτη μονοβιβλια
De pœnis paganorum
De pœnis militum
De pœnis omnium legum
De usuris
De gradibus & adfinibus
De jure codicillorum
De excusationibus tutelarum
Ad regulam Catonianam
Ad Senatusconsultum Orficianum
Ad Senatusconsultum Tertyllianum
Ad Senatusconsultum Silanianum
Ad Senatusconsultum Velleianum
Ad Senatusconsultum Libonianum seu Clau- dianum
De officio praefecti vigilum
De officio praefecti urbi
De officio pratoris tutelaris
De extraordinariis criminibus
Τποδικιας
Ad Municipalem
De publicis judiciis
De inofficioso testamento
De septemviralibus judiciis
De jure singulari
De secundis tabulis

Ad orationem Divi Severi
Ad orationem Divi Marci
Ad legem Velleiam
Ad legem Cinciam
Ad legem Falcidiam
De tacito fideicommissio
De portionibus quæ liberis damnatorum conco- duntur
De juris & facti ignorantia
De adulteriis
De instructo & instrumento
De appellationibus
De jure libellorum
De testamentis
De jure patronatus
De jure patronatus quod ex lege Julia & Papia- venit
De actionibus
De concurrentibus actionibus
De intercessionibus feminarum
De donationibus inter virum & uxorem
De legibus
De legitimis hereditatibus
De libertatibus dandis
De Senatusconsultis
Τριφονινυ
Disputationum βιβλια εικοσι
Καλιπικυ
De cognitionibus βιβλια ες
Edicton monitorion βιβλια ες
De jure fisci βιβλια τεσσαρα
Instituton βιβλια τρια
Questionon βιβλια δυο
Μενανδυ
Militarion βιβλια τεσσαρα
Μαρκινυ
Instituton βιβλια δεκα ες
Regularion βιβλια πεντε
De appellationibus βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο
Τα αυτη μονοβιβλια
De delatoribus μονοβιβλιον
Τποδικιας μονοβιβλιον
Ad Senatusconsultum Turpillianum μονοβιβλιον
Γαλλυ Ακυλα
Responfa
Μεδωνυ
Responson βιβλια δεκαεννια
Παιδικυ βιβλια δεκα δυο
Regularion βιβλια δεκα
Diferention βιβλια εννεα
Excusationum βιβλια ες
De pœnis βιβλια τεσσαρα
Τα αυτη μονοβιβλια
De praescriptionibus
De inofficioso testamento
De manumissionibus
De legatis & fideicommissis
De testamentis
De eurentaticis
De enucleatis casibus
De differentia dotis
De ritu nuptiarum
Ταυρεντινυ Πατερνυ
Militarion βιβλια τεσσαρα
Μαρκυ
Militarion βιβλια δυο
Publicon βιβλια δυο
De officio praefidis βιβλια δυο
Εικωτων βιβλια δυο
De appellationibus βιβλια δυο
Αρκαδιυ
De testibus βιβλιον εν
De officio praefecti praetorio βιβλιον εν
De muneribus civilibus βιβλιον εν
Ραδινυ
Regularion βιβλια δεκα δυο
Αυτη ητοι Φαυριυ Ανθιανυ
Μερος νοικτη βιβλια πεντε
Μαξιμυ
Ad legem Falcidiam
Ερωγονικυ
Επιτομων βιβλια ες
Εχουσι σιχ ολ

## EDICTUM PERPETUUM

A

SALVIO JULIANO JURISCONSULTO  
COMPOSITUM,

## AD ORDINEM DIGESTORUM RESTITUTUM.

De edicti perpetui auctoritate vid. Epistolam Justiniani Imperatoris de confirmatione Digestorum ad Senatum &amp; populum. §. 18. verſ. Et hoc non. §. 2. L. 2

## EX LIBRO II. DIGESTORUM.

## De Jurisdictione. Tit. 1.

I. In eum, eamve, qui quæve id quod Jurisdictionis perpetuæ causa in albo propositum erit, dolo malo corruerit, quinquaginta aureorum iudicium dabo. l. 7.

II. Si servus aut filius corrupisse dicantur, de eadem re in solidum adversus singulos actionem dabo. l. 9.

III. Si is, qui jurisdictioni præest, extra territorium jus dixerit, aut de pecunia, nomine, opere, locato conducto, aut alia re, quæ jurisdictionis suæ modum excedat, impune non parebitur. l. 1. l. 11. & ult. b. t. l. 4. §. 6. ff. de V. S.

IV. Si jurisdictionem suam mandaverit, ea mandata censentur, quæ ei iure magistratus competunt: non vero quæ legibus, senatusconsultis, aut Principum constitutionibus specialiter delata fuerunt. l. 6. b. t. l. 1. ff. de offic. ejus, cui mandat. l. 6. ff. de V. S.

Quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur. Tit. 2.

I. Quod juris in aliquem statuerit is, qui jurisdictioni præest, quodque novi juris quis ab eo obtinuerit, eodem iure utatur quandoque adversario postulante: præterquam, si quis eorum contra eum fecerit, qui ipse eorum quid fecisset. l. 1. §. 4.

Si quis jus dicenti non obtemperaverit. Tit. 3.

I. Si quis jus dicenti non obtemperaverit, quanti ea res erit, intra annum adversus eum iudicium dabitur. ex inscript. & l. unic.

## De in jus vocando. Tit. 4.

I. Parentem, patronum, patronam, liberos, parentesque patroni & patronæ, in jus sine meo permittit ne quis vocet. l. 4. §. 1.

II. Si quis adversus ea fecerit, in eum quinquaginta aureorum iudicium intra annum dabo. l. 11. 12. 24. 25.

Si quis in jus vocatus non ierit, siue quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit. Tit. 5.

I. Ex quacunque causa ad eum, qui jurisdictioni præest, in jus vocatus venire debet. l. 2.

II. Si quis in jus vocatus non ierit, causa cognita, multa eum coercerebo. l. 2. §. 1.

III. Si quis eum vocaverit, quem ex Edicto non debuerit, qui vocatus erit, neque sequatur, neque ducatur. ex inscript. b. t. & l. 48. ff. de V. S.

In jus vocati, ut eant aut satis vel cautum dent. Tit. 6.

I. In jus vocati aut eant, aut satis vel cautum dent. Fidejussor iudicio sistendi causa pro rei qualitate, locuples detur. ex inscript. & l. 1.

Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat. Tit. 7.

I. Ne quis eum qui in jus vocabitur, vi eximat, neve faciat dolo malo, quo magis eximatur. ex inscript. & l. 4. §. 2.

II. Si quid adversus ea factum fuerit, in factum iudicium dabo. l. 5. §. 1.

Qui satisfacere cogantur, &c. Tit. 8.

I. Si quis parentem, patronum, patronam, liberos, aut parentes patroni, patronæ, liberove suos, eumve quem in potestate habebit, vel uxorem vel nurum, in iudicium vocabit, qualiscumque fidejussor accipietur, iudicio sistendi causa. l. 2. §. 2. b. t. l. 1. & 2. ff. in jus vocati ut eant.

II. In eum qui sciens non acceperit, quinquaginta aureorum iudicium dabo. l. 2. §. 2. ff. in jus vocati ut eant.

III. In fidejussorem qui aliquem iudicio sisti promiserit, quanti ea res erit, actionem dabo. l. 2. §. final. b. t.

IV. Possessores immobilium rerum satisfacere non cogam: sed vel jurato promittere jubebo, vel suæ promissioni committam. l. penult.

V. Si quis cum Romæ satisfacere non possit, in municipium ejus rei causa evocaverit; causa cognita ad Magistratus municipales eum remittam, ut apud eos caveat, si prius juraverit, non calumniæ, aut vexandi adversarii causa se id postulare. l. 8. §. 5.

Si ex noxali causa agatur, &c. Tit. 9.

I. Si quis eum de quo noxalis actio est, iudicio sisti promiserit, in eadem causa in qua tunc est, eum exhiberi, donec iudicium accipietur, jubebo. l. 1. princ.

De eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat. Tit. 10.

I. Adversus eum qui dolo malo fecit, quo minus in iudicio vocatus sistat: Quanti actoris interfuerit, in factum iudicium dabo. l. 1. & 3.

Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperaverit. Tit. 11.

I. Ei qui cautionibus in urbe se iudicio sisti promiserit, si de die non fuerit conventum, itineri faciundo vicena millia passuum in singulos dies dinumerari jubebo, præter eum diem quo cautum promittitur, & in quem sistere in iudicium oportet. l. 1. b. t. l. 2. & 3. ff. de V. S.

II. In bona ejus, qui iudicio sistendi causa fidejussorem dedit, si neque potestatem sui faciat, neque defendatur, iri jubebo, Eaque a creditoribus possideri permittam. l. 2. ff. quib. ex caus. in possess. eat. l. 1. 11. & 12. ff. de V. S.

III. Si valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis, aut quo alio iusto impedimento prohibitus, sine dolo malo, se sistere non potuerit, eo nomine causa cognita exceptionem ei dabo. l. 2. §. 2. seqq. & l. 4.

DIGEST.

## De edendo. Tit. 13.

I. Actionem, qua quisque agere volet, itemque instrumenta, quibus in iudicio uti oportebit, adversario edere cogam sine die & Consule. l. 1. b. t. l. 8. ff. de V. S.

II. Argentariæ mensæ exercitores rationes, quæ ad se pertinent, edere debent adjecto die & consule iis omnibus, qui id postulabunt, si prius juraverint, non calumniæ causa petere. l. 4. & 9. §. 3. b. t.

III. Argentario, eive, qui iterum edi postulaverit, causa cognita edi jubebo. l. 6. §. 8.

IV. Si quis dolo malo non ediderit, quanti agentis interfit non edidisse, causa cognita in eum actionem dabo. l. 6. §. 4. l. 8. & 10. §. 2.

## De Pactis. Tit. 14.

I. Pacta conventa, quæ neque dolo malo, neque adversus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum, neque quo fraudis eorum cuiquam fiat, facta erunt servabo. l. 7. §. 7.

## EX LIBRO III.

## De postulando. Tit. 1.

I. Minorem annis decem & septem, qui eos non in totum complevit: furdum quoque qui prorsus non audit: in totum postulare veto. Si non habebunt advocatum, ego dabo. l. 1. §. 3. & 4.

II. Mulier, cæcus, corpore suo muliebria passus, capitali crimine damnatus, is etiam, qui operas suas, ut cum bestis depugnaret, locavit, pro aliis in iure apud me non postulent. l. 1. §. 5. seqq.

III. Qui lege, plebiscito, senatusconsulto, edicto, decreto, principum placito, nisi pro certis personis postulare prohibentur, hi pro alio quam pro quo licebit in iure apud me ne postulent. l. 1. §. 8.

IV. Qui ex his omnibus, qui supra scripti sunt, in integrum restitutus non erit, pro alio ne postulet: præterquam pro parente, patrono, patrona, liberis, parentibusque patroni & patronæ, liberis suis, fratre, jovore, uxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, cui eorum a parente aut de majoris partis tutorum sententia, aut ab eo, cujus de ea re jurisdictionis fuit, ea tutela curatiove data erit. l. 1. §. 9.

## De his, qui notantur infamia. Tit. 2.

I. Infamia notatur: qui ab exercitu causa ignominia ab Imperatore, eove cui potestas de ea re statuendi fuerit, dimissus erit: qui artis ludicra, pronuntiandi causa in scena prodierit: qui in publico iudicio calumniæ aut prævaricationis causa quid fecisse iudicatus fuerit: qui furti, vi honorum raptorum, injuriarum, de dolo malo, & fraude suo nomine damnatus erit aut pactus fuerit: qui pro socio, tutela, mandati, depositi, suo nomine non contrarius iudicio damnatus erit: qui eam qua in potestate ejus esset mortuo genero (cum eum mortuum esse sciret) intra id tempus, quo elugeri virum moris est, antequam virum elugeret, in matrimonium collocaverit, eamve sciens quis uxorem duxerit, non jussu ejus, in cuius potestate est, eamve de qua supra comprehensum est, uxorem ducere passus fuerit: quæve suo nomine non jussu ejus in cuius potestate esset, ejusve nomine quem quamve in potestate haberet, bina sponsalia, binasve nuptias eodem tempore constitutas habuerit. l. 1.

## De procuratoribus. Tit. 3.

I. Procuratorem ad litem suscipiendam datum, pro quo consentiente iudicatum dominus solvi exposuit, causa cognita iudicium accipere cogam. l. 8. §. 3.

II. Ante litem contestatam domino libera potestas erit, vel mutandi procuratoris, vel sibi iudicium accipiendi: post litem contestatam id causa cognita permittam. l. 16. 17. 24.

III. Cuius nomine quis actionem dari sibi postulaverit, is eum boni viri arbitratu defendat: & ei quo nomine agat, id rationem habere eum ad quem res ea pertinet, boni viri arbitratu sistat. l. 33. §. 3.

Quod cuiusque universitatis nomine vel contra eam agatur.

## Tit. 4.

I. Quæ communiter agi fierique oportebit universitatis nomine, Actori five Syndico, cui lex agere permittit, aut qui ab ordine electus erit, de iis rebus actionem dabo. l. 1. §. 1. l. 3. & 6.

II. Non tamen iudicati, nisi in rem suam procurator datus fuerit. l. 6. §. ult.

III. Eundem actorem, si agat, defendere cogam, ubi adversus universitatem agatur. l. 6. §. ult.

IV. Si nemo universitatem defendat, quod ejus commune erit possideri: etsi admoniti non excitentur ad sui defensionem, venire jubebo. l. 1. §. 2.

V. Si extraneus universitatem defendere velit, id ei permittam. l. 1. §. ult.

## De negotiis gestis. Tit. 5.

I. Si quis negotia alterius, siue quis negotia, quæ cuiusque cum is moritur, fuerint, gesserit, actionem eo nomine dabo. l. 3.

## De calumniatoribus. Tit. 6.

I. In eum qui ut calumniæ causa negotium faceret vel non faceret, pecuniam accepisse depectulve esse dicetur, intra annum in quadruplum ejus pecuniæ quam accepisse depectulve esse dicetur, post annum simpli in factum actionem dabo. l. 1. in princ. & l. 3.

## EX LIBRO IV.

## De eo quod metus causa gestum erit. Tit. 2.

I. Quod metus causa gestum erit, ratum non habebit. l. 1.

II 2

II. Si

II. Si per metum aliquid ablatum esse dicatur, *Neque ea res arbitrio iudicis restituatur*, intra annum quo primum de ea re experiendi potestas erit, in quadruplum: post annum vero in simplum causa cognita actionem dabo. *l. 14. in princ. § 11.*

*De dolo malo. Tit. 3.*

I. *Quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his rebus alia actio non erit, & iusta causa esse videbitur, iudicium dabo. l. 1. §. 1. § 4. l. 7. princ. l. 15. § 16.*

II. Qui de dolo aget, certum dicat, quid & cuius dolo factum sit. *l. 15. § 16.*

III. Quæ dolo malo ablata esse dicentur, ea nisi arbitrio iudicis restituantur, quanti unaquæque res erit, in eum qui abstulisse dicitur intra annum, quo primum de ea re experiendi potestas erit, actionem dabo. *l. 18. b. t. § 1. 3. Cod. eod.*

IV. In heredem eatenus actionem dabo, quatenus ad eum pervenisse dicitur, dolo malo factum erit, quo minus perveniret. *l. 26. § 27.*

*De minoribus 25. annis. Tit. 4.*

I. *Quod cum minore quam viginti quinque annis natu gestum esse dicitur, uti quæque res erit, animalovertam: Et si iusta causa esse videbitur, intra annum, quo primum experiendi potestas erit, postquam is major factus esse dicitur, in integrum restituam. l. 1. §. 1. l. 11. §. 3. l. 13. § 16.*

*De capitis diminutione. Tit. 5.*

I. *Qui quæve, posteaquam quid cum his actum contractumve sit, capite diminuti vel diminuta esse dicentur, in eos easve perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo. l. 2. §. 1.*

II. Jura quoque atque actiones, quæ ad eos easve pertinebunt, eis servabo. *l. 8. § 10.*

*Ex quibus causis majores viginti quinque annis in integrum restituantur. Tit. 6.*

I. *Si cuius quid de bonis diminutum erit, cum is metu, aut sine dolo malo reipublica causa abisset, in vinculis, servitute, hostiumque potestate esset: sive cuius actionis eorum cui dies exisset dicitur: Item si quis quid usu suum fecisset, aut quod non utendo amissum est consecutus, actione qua solutus ob id quod dies ejus exierit cum absens non defenderetur, in vinculis esset, secumve agendi potestatem non faceret: aut cum eum invitum in jus vocare non liceret, neque defenderetur cum magistratus de ea re appellatus esset: sive cui per magistratum sine dolo ipsius actio exempta esse diceretur, earum rerum actionem intra annum quo primum de ea re experiendi potestas erit: item si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam, quod ejus per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum licebit. l. 1. §. 1.*

*De alienatione iudicii mutandi causa facta. Tit. 7.*

I. Ne qua alienatio iudicii mutandi causa fiat. *l. 8. §. 1. l. 4. §. 1. § 3.*

II. Si dolo malo his in alium translata, quæve alienatio iudicii mutandi causa facta erit, neque arbitrio iudicis pristina iudicii causa restituatur intra annum, quo primum experiendi potestas erit, in integrum restituam, ut tantum officio iudicis consequatur actor, quanti ejus interfit alium adversarium non habuisse. *l. 1. princ. l. 3. §. 4. l. 6. l. 8.*

III. Heredi integrum etiam post annum causa cognita in integrum restitutionem dabo. *l. 4. §. ult. b. t. l. 19. ff. de minor. 25. ann.*

*De rebus, qui arbitrium receperunt, ut sententiam dicant. Tit. 8.*

I. *Qui arbitrium pecunia compromissa recepit, sententiam eum dicere cogam. l. 3. §. 1. § 15.*

II. Eumque, si ita conventum sit, *Diem compromissi proferre jubebo. l. 25.*

*Nauta, capones, stabularii ut recepta restituant. Tit. 9.*

I. *Nauta, capones, stabularii, quod cuiusque salvum fore receperint, nisi restituant, in eos iudicium dabo. l. 1. l. 3. §. 1. § 5.*

*EX LIBRO V.*

*De iudiciis, & ubi quisque agere vel conveniri debeat. Tit. 1.*

I. Si se subiciant aliqui jurisdictioni & consentiant facta hac de re sponione, inter consentientes iudicium dabo. *l. 1. § 2. b. t. l. 7. ff. de V. S.*

II. Legatis in eo quod ante legationem contraxerunt, item his, qui testimonii causa evocati sunt, vel si qui iudicandi causa accesserint, aut in provinciam destinati, revocandi domum suam jus dabo. *l. 2. §. 3.*

III. Si iudex datus ab iis, qui dandi jus habent, iudicium protelaverit, sententiam ferre cogam. *l. 12.*

IV. Si longius spatium intercessurum erit, quominus iudex datus operam dare possit, eum mutari jubebo. *l. 18.*

*De inofficioso testamento. Tit. 2.*

I. Si quis testamentum inofficiosum dicere velit, eo quod injuste se exheredatum aut præteritum esse queratur, neque ei quarta pars debita portionis ab intestato relicta fuerit, inofficiosi testamenti intra quinquennium ei actionem dabo. *l. 3. l. 5. l. 8. §. 8. 9. § 17. l. 9.*

*De hereditatis petitione. Tit. 3.*

I. Si hereditas petatur, adversus eum, qui jus vel rem aliquam hereditariam pro herede aut pro possessore possidebit, aut dolo malo fecerit, quominus possideat, heredi legitimo aut testamentario, ad quem ea hereditas pertinere dicitur, actionem dabo. *l. 9. 10. 11. 13. 16. 18. b. t. l. 1. ff. si pars heredit. pet.*

II. Si rei hereditaria alienatio postuletur, & possessor hereditatis, aut pro tota hereditate satisficere, aut etiam ejus rei nomine cavere paratus sit, causa cognita diminutionem concedam. *l. 5.*

*Si pars hereditatis petatur. Tit. 4.*

I. Si pars hereditatis petatur, adversus eum, qui aliquid ex ea hereditate possidebit, dolo malo fecerit, quo minus possideat, legitimo aut testamentario heredi postulanti actionem dabo. *l. 1.*

II. Si pro parte heres, quam partem vindicare debeat, incertus sit, si mihi iusta causa esse videbitur, incertæ partis petitionem dabo. *l. 1. §. ult.*

*De possessoria hereditatis petitione. Tit. 5.*

I. Quibus ex edicto bonorum possessio data est, hi si hereditatem partemve ejus petant, non minus atque iis ipsis heredibus eo nomine actionem dabo. *l. 1.*

*De fideicommissaria hereditatis petitione. Tit. 6.*

I. Qui restitutam suscepit hereditatem ex Senatusconsulto, ex quo actiones transeunt, si hereditatem partemve ejus petat, ei tanquam heredi ex ea re actionem dabo, non tamen adversus eum, qui ei hereditatem restituit. *l. 1.*

*EX LIBRO VI.*

*De rei vindicatione. Tit. 1.*

I. Si dominus suæ rei possessionem amiserit, cum eam non alienasse dicitur: neque ea arbitrio iudicis ei restituatur, adversus eum, qui eam possidere aut tenere dicitur, rei vindicationem dabo. *l. 1. l. 68. b. t. l. 28. ff. de V. S.*

II. Superficiario causa cognita idem iudicium dabo. *l. 73. 74. 75. b. t.*

*De Publiciana in rem actione. Tit. 2.*

I. *Si quis id quod traditur ex iusta causa a non domino, & nondum usucaptum petet, iudicium dabo. l. 1.*

II. *Qui bona fide emit, cui res empta eo nomine tradita est, quam postea amiserit, si ea res possessoris non sit, neque arbitrio iudicis emptori restituatur, nisi res talis sit, ut eam lex, vel constitutio alienari prohibeat, eo nomine actionem dabo. l. 7. §. 6. § 8. l. 11. l. ult. b. t. §. 31. Inst. tit. de actionibus.*

*Si ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur. Tit. 3.*

I. Si ager vectigalis petatur, causa cognita iudicium dabo. *Ex inscriptione.*

*EX LIBRO VII.*

*De usufructu, & quemadmodum quis utatur fruatur. Tit. 1.*

I. Si de usufructu agatur: iudicis, qui de ea re datus erit, arbitrio æstimabitur, quo modo antea usufructus sit is, cui usufructus relictus est, & quemadmodum in posterum utifrui debeat. *l. 13. §. 1. § 2.*

*Si usufructus petatur, vel ad alium pertinere negetur. Tit. 6.*

I. Si usufructus petatur vel ad alium pertinere negetur, usufructuario confessoriæ, neganti negatoriam in eum actionem dabo. *l. 5. b. t. § 1. 2. ff. si servit. vindicet.*

*Usufructuarius quemadmodum caveat. Tit. 9.*

I. Si cuius rei usufructus legatus esse dicatur, usufructuarium se usum boni viri arbitratur: & cum usufructus ad eum pertinere desierit, & ei restitutum ad quem ea res pertinebit, satisficere jubebo. *l. 1.*

*EX LIBRO VIII.*

*Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur. Tit. 5.*

I. Si servitus vindicetur, vel ad alium pertinere negetur, vindicanti confessoriæ, neganti negatoriam in rem actionem dabo. *Ex inscript. § 1. 2.*

*EX LIBRO IX.*

*Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Tit. 1.*

I. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, ex lege XII. Tabularum, aut noxam sarcire, aut noxiam dare jubebo. *Ex inscriptione, § 1. l. 1. b. t. Ex collat. legis Mosaica cum Rom. Tit. de furib. § pen. eor.*

*De his, qui effuderint, vel dejecerint. Tit. 3.*

I. *Unde in eum locum quo vulgo iter fiet, vel in quo consistetur, dejectum vel effusum quid erit, quantum ex ea re damnum datum factumve erit, in eum, qui ibi habitaverit, in duplum iudicium dabo. Si eo ictu homo liber perisse dicitur, quinquaginta aureorum iudicium dabo. Si vivet, nocitumque ei esse dicitur, quantum ob eam rem æquum iudicium videbitur, eum cum quo agetur condemnari, tanti iudicium dabo. Si servus insciente domino fecisse dicitur in iudicio adjiciam, aut noxam dedere. l. 1.*

II. *Ne quis in suggrunda, protectore supra eum locum quo vulgo iter fiet, in quo consistetur, id positum habeat, cuius casus nocere cui possit, qui adversus ea fecerit, in eum solidorum decem in factum iudicium dabo. Si servus insciente domino fecisse dicitur, aut noxa dedi jubebo. l. 5. §. 6.*

*De noxalibus actionibus. Tit. 4.*

I. Si servus deliquisse dicatur: Quantum ob eam rem æquum iudicium videbitur, eum in cuius potestate est condemnari, tanti iudicium dabo. *l. 1. § 2. b. t. § 31. Inst. tit. de actionibus.*

II. Si servus insciente domino fecisse dicitur, noxam dedi jubebo.

III. *Si is in cuius potestate esse dicitur negavit se in potestate servum habere, utrum actor volet, vel dejerare jubebo, In potestate sua non esse, neque se dolo malo fecisse quo minus esset: vel iudicium dabo sine noxam deditio. l. 21. §. 2.*

*EX LIBRO X.*

*Finium regundorum. Tit. 1.*

I. Finium regundorum si controversia fuerit inter vicinos, iudicium dabo: Ita ut iudex, qui de ea re datus erit, ex æquo & bono controversiam dirimat, ejus habita ratione quod cuiusque interfit: eique jus sit rem uni adjudicare, eum invicem certa pecunia alteri condemnando. *l. 2. § 4. b. t. §. 20. Inst. tit. de action.*

*Familie eriscunda. Tit. 2.*

I. Familie eriscunda iudicium inter coheredes dabo: Ita ut iudex qui de ea re datus erit, si commode divisio fieri nequeat, uni rem adjudicare, eumque alteri certa pecunia condemnare. Atque præstationum ratione habita, quanto æquius melius ei videbitur, cætera dirimere possit. *l. 1. § 2. § 22. §. ult. b. t. §. 20. Inst. de actionib.*

*Communi dividundo. Tit. 3.*

I. Communi dividundo iudicium inter eos, quibus res communes erunt, dabo. *l. 2. 3. § 4. b. t. §. 20. Inst. de actionib.*

II. Iudicem qui de ea re datus erit, si commode divisio fieri nequeat, uni rem adjudicare certa pecunia alteri eum condemnando, atque præstationum ratione habita, quanto æquius melius ei videbitur, cætera dividere jubebo.

*Ad exhibendum. Tit. 4.*

I. Si quis rem quam iudicio petiturus erit, sibi exhiberi postulet ab eo qui eam possidet, aut dolo malo fecerit quominus possideret, eam arbitrio iudicis exhiberi jubebo. *l. 3. l. 8. b. t. §. 31. Inst. tit. de actionib.*

## EX LIBRO XI.

*De interrogationibus in iure faciendis, & interrogatoriis actionibus. Tit. 1.*

- I. Qui in iure interrogatus responderit, qua ex parte sit heres aut bonorum possessor: ex sua responsione actionem dabo. l. 2. §. 4.  
II. Adversus eum qui omnino non respondisse dicetur, in solidum actionem dabo. l. 11. §. 4.

*De servo corrupto. Tit. 3.*

- I. Qui servum, servam, alienum, alienam recepisse persuasisset, quid ei dicetur dolo malo, quo eum, eam deteriore faceret: in eum quanti ea res erit, in duplum iudicium dabo. l. 1.

*De aleatoribus. Tit. 5.*

- I. Si quis eum apud quem alea lusum esse dicitur, verberaverit, damnumve ei dederit, sive quid eo tempore domo ejus subtractum est, iudicium non dabo. l. 1.

- II. In eum, qui alea ludenda causa vim intulerit, uti quæque res erit animadvertam. l. 1. §. 4.

*Si mensor falsum modum dixerit. Tit. 6.*

- I. Si mensor falsum modum dixisse dolo malo: aut cujus alterius rei mensuram falsam renunciaffe dicetur: eo nomine adversus eum in factum actionem dabo. l. 1. in princ. §. 1. & 2. l. 5. in pr. §. 2.

*De religiosis & sumptibus funerum, & ut funus ducere liceat. Tit. 7.*

- I. Sive homo mortuus, offave hominis mortui in locum purum alterius, aut in id sepulchrum, in quo jus non fuerit, illata esse dicentur, qui hoc fecit, in factum actione tenebitur, & pœnæ pecuniariæ subicitur. l. 2. §. 2.

- II. Si locus religiosus pro puro venisse dicetur, adversus venditorem ei ad quem ea res pertinebit, in factum actionem dabo. l. 8. §. 1.

- III. Si in locum publicis usibus destinatum dolo malo quis mortuum intulerit, in eum iudicium dabo, ut extra ordinem plectatur. l. 8. §. 2.

- IV. Ei, qui mortuum inferre prohibitus est, offave mortui in eum locum quo ei jus esset inferendi, quique ob eam causam alio inferre coactus est, adversus eum qui prohibuit, quanti interfuit prohibitum non esse, in factum actionem dabo. l. 8. §. ult. & l. seq.

- V. Quod funeris causa sumptus factus erit, hujus recuperandi nomine in eum ad quem ea res pertinet, iudicium dabo. l. 12. §. 2.

*De mortuo inferendo, & sepulchro edificando. Tit. 8.*

- I. Quo, quæve illi mortuum inferre invito te ei jus est, quominus ille, eo, eadem mortuum inferre, & ibi sepelire liceat, vim fieri veto. l. 1. princ.

- II. Quo illi jus est invito te mortuum inferre, quominus illi in eo loco sepulchrum sine dolo malo edificare liceat, vim fieri veto. l. 1. §. 5.

## EX LIBRO XII.

*De rebus creditis, si certum petatur, & de conditione. Tit. 1.*

- I. Si certum petatur ex mutui datione, conditionem dabo. ex inscriptione & l. 6. §. 8. b. t. & l. 1. ff. de condit. tritic.

*De iurejurando sive voluntario, sive necessario, sive judiciali. Tit. 2.*

- I. Si is, cum quo agitur, conditione delata juraverit, ejus rei de qua iusjurandum delatum fuerit, neque in ipsum, neque in eum, ad quem ea res pertinet, actionem dabo. l. 3. in princ. l. 7.

- II. Quod si actor deferente, aut etiam referente adversario juraverit, vel cum jurare paratus esset, ei iusjurandum remissum fuerit, ex ea re in factum ei actionem dabo. l. 9.

- III. Eum a quo iusjurandum petatur, solvere aut jurare cogam, nisi ei qui agitur, iusjurandum referre maluerit: quo casu si iusjurandi conditione non utatur, ei actionem denegabo. l. 34. §. 6. & 7.

*De conditione causa data, causa non secuta. Tit. 4.*

- I. Si cui aliquid ex aliqua causa datum fuisse dicatur, causa non secuta, ad id repetendum quod datum erit, adversus eum, qui accepit, conditionem dabo.

*De conditione ob turpem vel injustam causam. Tit. 5.*

- I. Si quid ob turpem vel injustam rem datum fuisse dicatur, ad id repetendum quod datum erit, adversus eum cui datum fuerit, conditionem dabo. l. 1.

*De conditione indebiti. Tit. 6.*

- I. Si ab ignorante indebitum solutum esse dicatur, ad id quod solutum erit repetendum, actionem dabo. l. 1. l. 26. §. 3.

*De conditione sine causa. Tit. 7.*

- I. Si quid sine causa promissum aut solutum fuisse dicatur, ejus rei nomine conditionem dabo. l. 1. princ.

## EX LIBRO XIII.

*De conditione furtiva. Tit. 1.*

- I. Si qua res furto ablata esse dicatur: ejus persequendæ causa domino adversus furem, heredemve ejus furtivam conditionem dabo. l. 1. §. 7.

*De conditione ex lege. Tit. 2.*

- I. Si obligatio lege nova introducta sit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege conditionem dabo. l. unic.

*De conditione triticaria. Tit. 3.*

- I. Si quis triticum, vinum, oleum, aliasve res præter pecuniam numeratam petat, earum rerum nomine conditionem ei dabo. l. 1.

*De eo quod certo loco dari oportet. Tit. 4.*

- I. Si pecunia quæ certo loco dari debet, alio loco petatur, utilem actionem dabo, ut per eam arbitrio iudicis satisfiat. l. 1. b. t. §. 33. vers. plus autem. Instit. de actionib.

*De pecunia constituta. Tit. 5.*

- I. Qui pecuniam debitam constituerit: adveniente die solvere debet. l. 1.

- II. Si appareat eum, qui constituit, neque solvere, neque fecisse, neque per actorem stetisse quominus fieret quod constitutum est: eamque pecuniam cum constituebatur, debitam fuisse, adversus eum de constituto actionem dabo. l. 16. §. 2. & 4. l. 18. §. 1.

*Commodati vel contra. Tit. 6.*

- I. Quod quisque commodasse dicitur, de eo iudicium dabo. l. 1.

*De pignoratitia actione, vel contra. Tit. 7.*

- I. Si ob creditam pecuniam pignus datum sit, idque soluta demum pecunia aut cum eo nomine satisfactum sit, repetatur, adversus eum a quo petetur, actionem dabo. l. 4. & 11. §. 4.

## EX LIBRO XIV.

*De exercitoria actione. Tit. 1.*

- I. Quod cum magistro navis gestum esse dicitur: ejus rei cujus causa ibi præpositus fuerit, adversus eum, aut exercitorem actionem dabo. l. 1. in pr. §. 5. 7. & 8.

- II. Si is, qui navem exercuerit, in alia potestate erit, ejusve voluntate navem exercuerit: quod cum magistro ejus gestum erit in eum, in cujus potestate erit, qui navem exercuerit, in solidum iudicium dabo. l. 1. §. 19.

*De institoria actione. Tit. 3.*

- I. Quod cum institore gestum esse dicitur, ejus rei cui præpositus fuerit, adversus eum, qui præposuit, actionem dabo. l. 1. & 5. §. 4.

*De tributaria actione. Tit. 4.*

- I. Si in peculiari merce quis negotiatus fuerit, sciente eo in cujus est potestate, pro ea merce is qui eum habet in potestate, qui aliquid debetur, cum aliis creditoribus in tributum vocabitur. l. 1. & 5. §. 2.

- II. Si cujus dolo malo factum sit, quo minus tribueretur, quanto minus tributum erit, quam debuerit, eum præstare cogam. l. 7. §. 1.

*Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. Tit. 5.*

- I. In eum, qui emancipatus aut exheredatus erit, quive abstinerit se ab hereditate ejus, cujus in potestate, cum is moritur, fuerit, ejus rei nomine, quæ contracta cum eo fuerit, cum is in potestate esset, sive sua voluntate sive jussu ejus, in cujus potestate erit, contraxerit, sive in ipsius peculium, sive in patrimonium ejus, in cujus potestate erit, ea res redacta fuerit, actionem causa cognita, dabo in id quod facere potest. l. 2.

## EX LIBRO XV.

*De peculio. Tit. 1.*

- I. Quod cum eo, qui in alterius potestate esset, negotium gestum erit, de eo eatenus adversus eum, in cujus potestate esse dicitur, iudicium dabo, quatenus erit in peculio. l. 2. §. 2.

*Quando de peculio actio est annalis. Tit. 2.*

- I. Post mortem ejus, qui in alterius potestate fuerit, posteaquam is emancipatus, maritusve, alienatusve fuerit, duntaxat de peculio, & si quid dolo malo ejus in cujus potestate est, factum erit, quominus actio peculii esset, in anno quo primum de re experiundi potestas erit, iudicium dabo. l. 1.

*De in rem verso. Tit. 3.*

- I. Si quid in rem alicujus versum esse dicitur, ex eo, quod is accepit, qui in ejus est potestate, quatenus versum erit, eatenus actionem dabo. l. 1.

*Quod jussu. Tit. 4.*

- I. Quod jussu domini, vel patris gestum esse dicitur, de ea re adversus eos in solidum iudicium dabo. l. 1.

## EX LIBRO XVI.

*Depositi vel contra. Tit. 3.*

- I. Quod neque tumultus, neque incendii, neque ruinae, neque naufragii causa depositum sit, in simplum: Earum autem rerum, quæ supra sunt comprehensa, in ipsum in duplum: In heredem ejus, quod dolo malo ejus factum esse dicitur, qui sit mortuus, in simplum: Quod ipse, in duplum iudicium dabo. l. 1. §. 1.

## EX LIBRO XVII.

*Mandati. Tit. 1.*

- I. Qui mandatum alterius suscepisse dicitur, in eum iudicium dabo.

*Pro socio. Tit. 2.*

- I. Si societas inter aliquos coita esse dicitur, de ea re iudicium dabo.

## EX LIBRO XVIII.

*De contrahenda emptione. Tit. 1.*

- I. Si emptio & venditio contracta esse dicitur, de ea re iudicium dabo.

*De hereditate vel actione vendita. Tit. 4.*

- I. Si hereditas aut actio venisse dicitur, quidquid pecuniæ ex ea hereditate aut actione, ad venditorem, ejusve heredem pervenisse dicitur, aut dolo malo factum erit, quominus perveniret: item quæcumque actio, petitio, persecutio, inde dari debuit, ea omnia emptori præstari ac restitui jubebo. l. 2. b. t. l. 178. ff. de verb. signif.

## EX LIBRO XIX.

*Locati & conducti. Tit. 2.*

- I. Si locatio & conductio contracta esse dicitur, ex eo contractu actionem dabo.

*De æstimatoria. Tit. 3.*

- I. Si res æstimata vendenda data fuerit, de æstimato actionem dabo. l. 1.

*De rerum permutatione. Tit. 4.*

- I. Si permutatio facta esse dicitur, in factum actionem dabo. l. 1.

*De præscriptis verbis. Tit. 5.*

- I. Si propria actio prodita non erit, quæ negotio, quo de agitur, accommodari possit: uti quæque res gesta esse dicitur, præscriptis verbis in factum actionem dabo. l. 20. & 22.

## EX LIBRO XXI

## De Edictio edicto. Tit. 1.

I. Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi vitii-  
ve cuique sit, quis fugitivus, errove sit, noxave solutus non sit: eademque  
omnia, cum ea mancipia venibunt, palam recte pronunciant. l. 1.

II. Quod si mancipium adversus ea venisset, sive adversus quod dictum,  
promissione fuerit, cum veniret, fuisset, quod ejus prestari oportere di-  
cetur, emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus,  
ut id mancipium reddibatur.

III. Si quid autem post venditionem traditionemque deterius, opera  
emptoris, familia, procuratorisque ejus factum erit: Sive quid ex eo post  
venditionem natum, aut acquisitum fuerit, & si quid aliud in venditio-  
ne ei accesserit, sive quid ex ea re fructus pervenerit ad emptorem, ut  
ea omnia restituat.

IV. Item si quas accessiones ipse prestiterit, ut recipiat.

V. Item si quod mancipium fraudem capitalem admisit, mortisve  
consequenda sibi causa quid fecerit, vel in arenam depugnandi causa  
ad bestias fuerit inromissum, ea omnia in venditione pronunciant: ex  
his enim causis iudicium dabimus.

VI. Hoc amplius, si quis adversus ea sciens dolo malo vendidisse di-  
cetur, iudicium dabimus.

VII. Nationem præterea cujusque mancipii in venditione pronun-  
ciant. l. 31. §. 21.

VIII. Si ita factum non erit, quod ejus prestari oportere dicitur,  
emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinebit: iudicium dabimus,  
ut & mancipium reddibatur.

IX. Ne veterator pro novitio veneat prohibemus: si quid ignorante  
emptore ita venierit, iudicium dabimus. l. 37.

X. A Venditore mancipii nomine duplam promitti, jubebimus.  
l. 37. ff. de edictio.

XI. Mancipiis autem reddibendis in diebus sexaginta, quibus pri-  
mum agendi potestas erit, vel quanto minoris essent, venierint in an-  
no, iudicium dabimus. l. 19. §. 6. ff. de util. edicto.

XII. Si quid ita venierit, ut nisi placuerit, intra præfinitum tempus  
reddibatur, conventionem ratam habebimus. l. 31. §. 22. b. t.

XIII. Si de tempore nihil convenierit, in sexaginta diebus, quibus  
primum experiendi potestas erit, in factum actionem dabimus.

XIV. Si intra illud tempus reddibitio facta non erit, causa cognita  
ei subveniemus.

XV. Si servus fuerit reddibitus, & quanta pecunia pro eo nomine  
soluta accessionisve nomine data erit, non traditur: cuiusve pecunia  
quis eo nomine obligatus erit, non liberabitur: in factum actionem da-  
bimus. l. 25. §. 9. l. 31. §. 17. & seq.

XVI. Qui jumenta vendunt, palam recte dicunt, quid in quoque  
eorum morbi, vitii-ve sit, uti quæ optime ornata vendendi causa fuerint,  
ita emptoribus traduntur: si quid ita factum non erit, de ornamentis  
restituendis jumentisve ornamentorum nomine reddibendis in diebus  
sexaginta, morbi autem vitii-ve causa inemptis faciendis in sex mensi-  
bus, vel quanto minoris cum venirent, fuerint, in anno iudicium da-  
bimus. l. 38.

XVII. Si jumenta paria simul venierint, & alterum in ea causa fue-  
rit, ut reddiberi debeat, iudicium dabimus, quo utrumque reddibea-  
tur: quæ de jumentorum sanitate diximus, de cætero quoque pecore  
omni venditores faciunt. l. 38. pr. & §. 5.

## EX LIBRO XXV.

## De actione rerum anotarum. Tit. 2.

I. Si uxor constante matrimonio res mariti amovisse dicatur, in eam  
actionem dabo, vel jusjurandum deferre permittam. l. 1. l. 11. §. 1. &  
ult. l. 13.

## De inspiciendo ventre custodiendoque partu. Tit. 4.

I. Si liber mortuo marito prægravantem se esse dicit, his, ad quos ea  
res pertinebit, procuratorive eorum his in mensis denunciantium curet,  
ut mittant, si velint, quæ ventrem inspiciant. Mittantur autem mulie-  
res liberae duntaxat quinque: bæque simul omnes inspiciant: dum ne  
qua earum, dum inspiciat, invita muliere ventrem tangat. Mulier in  
domu honestissime semina pariat, quam ego constituo. Mulier ante  
dies triginta, quam parituram se putat, denunciât iis, ad quos ea res  
pertinet, procuratoribusve eorum, ut mittant, si velint, qui ventrem cu-  
stodiant. In quo conclavi mulier paritura erit, ibi ne plures aditus sint,  
quam unus. Si erunt, ex utraque parte tabulis præfigantur. Ante ostium  
ejus conclavis liberi tres, & tres liberæ cum binis comitibus custodiant.  
Quotiescumque ea mulier in id conclave alitæ, quod, sive in balneis nubit:  
custodes si volent, id ante proficiant, & eos, qui introierint, excutiant.  
Custodes, qui ante conclave positi erunt, si volent, omnes, qui conclave  
aut domum introierint, excutiant. Mulier cum parturire incipiat,  
his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum denunciât, ut mit-  
tant, quibus presentibus pariat. Mittantur mulieres liberae duntaxat  
quinque: ita ut præter obstetrices duas in eo conclavi ne plures mulieres  
liberæ sint, quam decem: ancillæ, quam sex. Hæ, quæ intus futura  
erunt, excutiantur omnes in eo conclavi, ne qua prægravans sit. Tria lu-  
mina, ne minus, ibi sint: scilicet quia tenebræ ad subjiciendum aptiores  
sunt. Quod natum erit, his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve  
eorum, si inspiciere volent, ostendatur. Apud eum educetur, apud quem  
parens jussit, si autem nihil parens jussit, aut is, apud quem voluerit  
educari, curam non recipiet: apud quem educetur, causa cognita con-  
stituant. Is, apud quem educabitur, quod natum erit, quoad trium men-  
sum sit, his in mensis: ex eo tempore quoad sex mensium sit, semel in  
mense: a sex mensibus quoad anniculum fiat, alternis mensibus: ab an-  
niculo, quoad sari possit, semel in sex mensibus, ubi volet, ostendat. Si  
cui ventrem inspici custodivæ, adesse partui licitum non erit, factumve  
quid erit, quo minus ea ita fiant, uti supra comprehensum est: ei, quod  
natum erit, possessionem causa cognita non dabo. Sive quod natum erit,  
ut supra cautum est, inspici non licuerit. Quas utique actiones me da-  
turum polliceor his, quibus ex edicto meo bonorum possessio data sit: eas  
si mihi iusta causa videbitur esse, ei non dabo. l. 1. §. 10.

## Si ventris nomine muliere in possessionem missa, &amp;c. Tit. 5.

I. Si ventris nomine muliere in possessionem missa, eadem possessio  
dolo malo ad alium translata esse dicitur: tam adversus mulierem,  
quam adversus eum, in cujus potestate ea fuerit, quanti actoris inter-  
fuerit, in tantum actionem dabo. ex inscript. & l. 1.

II. Eum quoque, qui per dolum in possessionem venerit, ab ea de-  
cedere cogam. l. 1. §. 2.

Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse  
dicetur. Tit. 6.

I. Si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dica-  
tur, quanti agentis interfuerit, intra annum, quo agendi potestas erit,  
actionem dabo, etiam adversus parentem, si per eum factum sit, ut in  
possessionem per calumniam iretur. ex inscript. & l. 1. un.

## EX LIBRO XXVI.

## De testamentaria tutela. Tit. 2.

I. Si quis ex pluribus tutoribus satisfactionem obrulerit, ut solus ad-  
ministraret, an ille audiri, cæterisque nihilominus eadem conditio deferri  
debeat, causa cognita constituam. l. 17. l. 19.

De tutoribus & curatoribus datis ab his, qui jus dandi  
habent. Tit. 5.

I. Si mulier prægnans esse dicitur, ventri curatorem constituam. l. 20.

## De administratione &amp; periculo tutorum. Tit. 7.

I. Si plures tutores testamento dati fuerint, ei potissimum tutelæ admi-  
nistrationem committam, quem parens testamento designaverit. l. 3. §. 1.

II. Quod si nullus a testatore electus fuerit, aut qui electus est, gerere  
nolit, tum eum gerere cogam, cui major pars tutorum tutelam decre-  
verit. l. 3. §. 7.

## EX LIBRO XXVII.

## Ubi pupillus educari vel morari debeat. Tit. 2.

I. Si quis pupillum apud se educare reculaverit, eum non cogam,  
l. 1. §. 2.

## De tutela &amp; rationibus distrahendis. Tit. 3.

I. Si quid ex bonis pupilli abesse dicitur, adversus eum qui in ad-  
ministranda tutela aliquid abstulerit, in duplum iudicium dabo. l. 1. §.  
penult. & l. 2.

II. Eum, qui tutelam gessit, rationem eo nomine reddere cogam.  
l. 1. pr.

## De contraria tutela actione. Tit. 4.

I. Si quid ex administratione bonorum pupilli debeatur, eo nomine  
in eum contrariam actionem dabo. l. 1.

## De eo qui pro tutore, prove curatore negotia gessit. Tit. 5.

I. Sive tutor aut curator negotia gesserit: sive quis pro tutore aut  
pro curatore, ad ea gerenda accesserit, adversus eum qui gessisse dice-  
tur actionem dabo. l. 1.

## Quod falso tutore autore gestum esse dicatur. Tit. 6.

I. Quod eo autore, qui tutor non fuerit, gestum esse dicitur, si id  
actor ignoravit, dabo in integrum restitutionem. l. 1. §. 1. & 6.

II. In eum qui cum tutor non esset, dolo malo autor factus esse dice-  
tur, iudicium dabo, ut quanti res ea erit, in tantam pecuniam con-  
demnetur. l. 7.

## EX LIBRO XXVIII.

## De conditionibus institutionum. Tit. 7.

I. Eum cui sub jurisjurandi conditione quid relictum est, ita capere  
sintam, ut capiunt hi quibus nulla talis jurisjurandi conditio inseritur.  
l. 8. in pr.

## De jure deliberandi. Tit. 8.

I. Heredem institutum intra certum tempus hereditatem adire jube-  
bo. Si tempus ad deliberandum petet, dabo. l. 23. ff. de hered. inst. &  
l. 1. §. 1. h. 2.

II. Creditoribus instrumentorum inspiciendorum copiam faciam. l. 5.

III. Si major sit hereditas, & in ea hereditate res quæ ex tractu tempo-  
ris deteriores fiant, aut ea quæ nimium sumptuosa sint: aut quæ mora  
fiant deteriora: ei qui deliberat causa cognita hujusmodi res sine præju-  
dicio justis precibus distrahere permittam. l. 5. §. 1.

IV. Si pupilli pupillæve nomine postulabitur tempus ad deliberandum  
an expediat eum hereditatem retinere, & hoc datum sit, si iusta causa  
esse videbitur, bona interea dimitti nisi causa cognita, boni viri arbi-  
tratu, vetabo. l. 7. pr.

## EX LIBRO XXIX.

## De acquirenda vel omittenda hereditate. Tit. 2.

I. Proximus a filio posthumo heres, dum mulier prægnans est, aut pu-  
tatur esse, adire hereditatem non potest: sed si scit non esse prægravantem,  
potest. l. 30.

II. Suo & necessario heredi tam masculo quam femine abstinendi se  
ab hereditate potestatem faciam: impuberi, etiam si se immiscuerit he-  
reditati: puberi, si se non immiscuerit. l. 57. h. t. Ulp. in lib. reg. tit.  
qui hered. inst. post. 22.

III. Si per eum eandem factum erit quo quid ex ea hereditate amovera-  
tur, abstinendi beneficium non dabo. l. 71. §. 17.

## Testamenta quemadmodum aperiuntur. Tit. 3.

I. Quod ad causam supremi alicujus iudicii pertinere dicitur inspi-  
cere ac describere desideranti, suo vel alieno nomine: si prius de ca-  
lumnia juraverit, præter eam partem supremarum tabularum quam ape-  
riri defunctus vetuit, vel ad ignominiam alicujus pertinere dicitur,  
inspiciendi describendique præter diem & consulem potestatem faciam.  
l. 1. 2. & 8. b. t. l. 3. C. eod. l. 163. ff. de verb. signif.

## Si quis omissa causa testamenti, &amp;c. Tit. 4.

I. Si quis causam testamenti prætermisisset dicitur, ut ab intestato vel  
alio modo hereditatem patremve ejus possideat quo eos circumveniat,  
quibus ex iudicio defuncti aliquid deberi potuit, in eum causa cognita  
actionem dabo. l. 1. l. 6. §. 2. l. 13. 26. 27.

## De Senatuseonsulto Syllaniano. Tit. 5.

I. Quod ad causam testamenti pertinens relictum erit ab eo, qui oc-  
cisus esse dicitur, id ne quis sciens dolo malo aperiendum, recitandum,  
describendumve curet, priusquam de ea familia quæstio ex Senatuscon-  
sulto habita, suppliciumque de noxiis sumptum fuerit, vetabo. l. 3. §. 18.

II. Bonorum quoque possessionem petere non permittam. l. 5. §. 1.

III. Quod

III. Quod si quis aperuisse, aut quid aliud eorum quæ supra dicta sunt, fecisse diceretur, in centum aureos eum condemnabo: quorum dimidiam partem ei cujus opera convictus erit, dabo: alteram in publicum cogam. *l. 25. §. 2.*

## EX LIBRO XXXV.

*Si cui plus quam per legem Falcidiam liceat. Tit. 3.*

I. Si cui plus quam per legem Falcidiam liceat, legatum esse dicitur, & dubitari jure possit, utrum lex Falcidia locum habitura sit, necne, causa cognita subveniam heredi: ut ei legatarius faceret, si apparuerit eum amplius legatorum nomine cepisse quam e lege Falcidia capere licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam daturum, dolumque malum ab eo abfuturum. *l. 1. in pr. l. 4. b. t. l. 71. ff. de verb. signif.*

## EX LIBRO XXXVI.

*Ut legatorum seu fideicommissorum servandorum causa caveatur. Tit. 3.*

I. Legatorum & fideicommissorum nomine satisfidare jubebo, ut quibus testator diebus dari herive voluit, iidem detur vel fiat, dolumque malum abesse abfuturumque esse inter se stipulari cogam. *l. 1. in pr. Ut in possessionem legatorum. Tit. 4.*

I. Si per legatarium vel fideicommissarium non stet quominus ei caveatur, eum in possessionem ire jubebo. *l. 1. §. 1.*

## EX LIBRO XXXVII.

*De bonorum possessionibus. Tit. 1.*

I. Iis, qui rei capitalis damnati sunt, neque in integrum restituti sunt, bonorum possessionem non dabo. *l. 13.*

*Si tabule testamenti extabunt. Tit. 2.*

I. Si tabulæ testamenti extabunt, in quibus heredis nomen ita deletum sit, ut penitus legi nequeat, bonorum possessionem non dabo. *l. un.*

II. Si tamen post prolatas tabulas deletum fuerit testamentum, aut tabulæ deinde interierint, secundum eas nihilominus bonorum possessionem dabo.

*De bonorum possessione, furioso. Tit. 3.*

I. Furioso, infanti, muto, surdo & cæco, si quid agatur intelligant, bonorum possessionem dabo. *ex inscript. tit. §. l. 2.*

*De bonorum possessione contra tabulas. Tit. 4.*

I. Si sui liberi heredes non fuerint instituti aut nominatim exheredati: neque etiam emancipati qui masculi sunt, nec foeminae vel inter ceteros: iis contra tabulas bonorum possessionem dabo: exceptis iis qui jure heredes instituti non possunt. *l. 1. l. 3. §. 9. l. 8. b. t. Inst. de exhered. liber. §. 3. Ulp. lib. regular. tit. qui hered. instit. possunt. 22.*

II. Liberos in adoptionem datos, modo heredes instituti sint, a bonorum petitione non submovebo. *l. 8. §. 11.*

*De legatis præstandis contra tabulas. Tit. 5.*

I. Qui judicia patris rescindunt per contra tabulas bonorum possessionem, ex judicio ejus legata & fideicommissa liberis, parentibus, uxori, nurui quoque dotis nomine relicta, eos præstare cogam: non tamen iis liberis, quibus ex superioribus causis bonorum possessionem polliceor, si eam pertierint, aut si quid aliud ex defuncti voluntate obtinuerint. *l. 1. l. 2. 3. §. 4.*

*De collatione. Tit. 6.*

I. Filios emancipatos, quibus bonorum possessio dabitur, sua bona in medium conferre filiis in potestate existentibus boni viri arbitrato jubebo: ita ut collatio fieri censeatur, si recte eo nomine cautum fuerit. *l. 1. in pr. §. 1. §. 9. l. 3. in pr. §. 3. l. 5. §. 1. l. 8. b. t. Ulp. in lib. reg. tit. de possess. dand. 28. Paul. rec. sent. lib. 5. tit. 9. §. ult. l. 20. §. 1. ff. de bonor. possess. cont. tab.*

*De dotis collatione. Tit. 7.*

I. Filiam, quæ bonorum possessionem petet, dotem conferre cogam. *l. 1. in pr.*

*De conjungendis cum emancipato liberis. Tit. 8.*

I. Si quis ex his, quibus bonorum possessio datur, in potestate parentis, cum moritur, non fuerit, ei liberisque quos in ejusdem parentis familia habet (si ad eos hereditas proprio nomine pertineat, neque notam exheredationis meruerint) bonorum possessionem ejus partis dabo, quæ ad eum pertineret, si in potestate permanisset, ita ut ex parte dimidiam ipse: reliquam liberi habeant, hisque duntaxat bona sua conferat. *l. 1. in pr. §. 7. §. 13.*

*De ventre in possessionem mittendo. Tit. 9.*

I. Si mulier prægnans esse dicitur mortis tempore, & non sit exheredatus, qui in utero erit, sitque inter suos heredes futurus, cum iis quibus possessio data erit, causa cognita ventrem in possessionem mittam. *l. 1. §. 1. 2. §. 7. l. 7. vers. fin.*

*De Carbonario Edicto. Tit. 10.*

I. Si cui controversia fiat an inter liberos sit, isque impubes esse dicatur, causa cognita intra annum perinde ei bonorum possessionem dabo, ac si nulla de ea re controversia esset: eumque eo nomine satisfidare jubebo: Judicium vero causa cognita in tempus pubertatis differam. *l. 1. in pr. l. 3. §. 4. §. 13. l. 4. l. 5. §. penult.*

*De bonorum possessionibus secundum tabulas. Tit. 11.*

I. Si de hereditate ambigitur, & tabulæ testamenti septem testium signis obsignatæ ad me proferantur, secundum tabulas testamenti potissimum hereditatem dabo: Si testator civis Romanus & suæ potestatis cum moritur, fuerit. *l. 1. C. Herm. de succ. Cicer. lib. 1. in Verr. Inst. de test. §. 1. l. 1. in princ. §. 2. 3. §. 5. b. t. Ulp. in lib. reg. tit. quemad. test. rump. 23. §. tit. de poss. dand. 28.*

II. Si alienus posthumus heres institutus fuerit, ei secundum tabulas bonorum possessionem dabo. *l. 3. b. t. §. Inst. de bon. poss. in pr.*

*Si a parente quis manumissus sit. Tit. 12.*

I. In eo qui a patre avove paterno proavoque paterni avi patre manumissus erit, idem jus constituam, eandemque contra tabulas bonorum possessionem dabo, quam patrono in liberti bonis. *l. 1.*

*De bonorum possessione ex testamento militis. Tit. 13.*

I. Si miles testamentum fecisse dicatur: quocumque modo testatus fuerit & qualemcumque hereditatis partem aut legatum cuicumque reliquerit, in scriptis aut sine scriptis, eo in militia defuncto, aut intra annum post missionem, ex Principum constitutionibus juxta eorum voluntatem bonorum possessionem dabo. *l. 1. 2. 14. 15. 17. 19. 38. §. 40. ff. de testam. milit.*

II. Si qui in hostico suprema sua judicia jure militari ordinasse, ibidemque supremum diem functi esse dicantur, etiam si milites non fuerint, secundum eorum voluntatem bonorum possessionem dabo. *l. un.*

## EX LIBRO XXXVIII.

*De operis libertorum. Tit. 1.*

I. Si operæ a patrono, patrona, liberisque eorum petantur adversus libertos & libertas, de ea re judicium dabo. *l. 2. §. 7.*

*De bonis libertorum. Tit. 2.*

I. Libertus qui testamentum faciet, ita testari debet, ut partem dimidiam bonorum suorum patrono relinquat: Si nihil aut minus parte dimidia reliquerit, patrono contra tabulas testamenti, heredi scripto secundum tabulas partis dimidiæ bonorum possessionem dabo. *Inst. tit. de succ. libert. §. 1. l. 6. ff. de bonor. possess.*

II. Scripto herede non petente, alterius quoque partis patrono bonorum possessionem dabo.

III. Si libertus intestatus mortuus esse dicitur suo herede relicto filio adoptivo, patrono itidem partis dimidiæ bonorum possessionem dabo.

IV. Si naturales liberos reliquerit, five ii in potestate mortis tempore fuerint, five emancipati, five etiam in adoptionem dati, modo ex aliqua parte scripti heredes fuerint, patrono bonorum possessionem non dabo.

V. Si donum, munus, operas redemerit libertus, contra tabulas testamenti patrono cui nihil relictum erit, bonorum possessionem non dabo. *l. 37. b. t. l. 53. ff. de verb. signif. vide Juris notas a Magnone collectas.*

*De libertis universitatis. Tit. 3.*

I. Quod jus patrono in libertorum & libertarum bonis tributum est, idem municipibus acquisitum esto. *l. un.*

*Si quid in fraudem patroni factum sit. Tit. 5.*

I. Si quid dolo malo liberti factum esse dicitur: five testamento facto, five intestatus decesserit libertus, quominus pars debita bonorum ad eorum quem perveniat, quibus contra tabulas bonorum possessio competit, de ea re cognoscam, operamque dabo ne ea res cuiquam fraudi sit. *l. 1. in pr.*

*Si tabule testamenti nullæ extabunt, unde liberi. Tit. 6.*

I. Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, unde liberi bonorum possessionem petent: five sui sint, five emancipati, aut capite minuti: itemque civitate donati: eis ab intestato bonorum possessionem dabo. *l. 1. §. 5. l. 4. b. t. Collat. legis Mosaic. cum Rom. tit. ult. vers. fin.*

II. Si quis ex iis in potestate parentis cum is moritur non fuerit, ei liberisque quos in ejusdem familia habebit, si ad eos hereditas suo nomine perveniat, neque nominatim exheredes scripti erunt, bonorum possessionem ejus partis dabo, quæ ad eum pertineret, si in potestate mansisset, ita ut ex ea parte dimidium ipse habeat, reliquum liberi ejus: hisque duntaxat bona sua conferat. *l. 5.*

*Unde legitimi. Tit. 7.*

I. Unde legitimi bonorum possessionem petent, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur: tum quem ei heredem esse oporteret, si intestatus mortuus esset, eum bonorum possessorem faciam: ita ut confanguinei cæteris preferantur. *l. 1. §. 4. b. t. Collat. legis Mosaic. cum Rom. tit. ult. §. 9. vers. fin. l. un. ff. ut ex legib. Senat.*

*Unde X. personæ.*

I. Unde X. personæ bonorum possessionem petent, pater, inquam, mater, avus avia paterni: avus avia materni: filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio, quam ex filia, frater, soror, five confanguinei five uterini, si nullæ inde tabulæ testamenti proferantur: & non contracta fiducia emancipatio peracta esse dicatur, has decem personas extraneo manumissori antepoam, iisque ab intestato bonorum possessionem dabo. *Inst. tit. de bon. possess. §. 3. 4. §. Collat. leg. Mosaic. cap. ult. vers. fin.*

*Unde cognati. Tit. 8.*

I. Unde cognati bonorum possessionem petent, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, eis, qui defuncto mortis tempore cognati fuerint, proximitatis nomine usque ad sextum gradum cognationis, bonorum possessionem dabo, & septimo, sobrino sobrinaque nato natæve. *l. 1. §. 2. §. seqq. b. t. l. 8. ff. de suis & legitim. hered.*

II. Agnatis capite minutis, exceptis fratre & sorore emancipatis, nisi sint in adoptiva familia, itemque liberis naturalibus, ex hac parte eandem bonorum possessionem dabo. *Inst. tit. de success. cognat. l. 1. §. 2. §. seq. b. t.*

*Tum quem ex familia.*

I. Si libertus intestato mortuus esse dicitur, tum quem ex familia ejus heredem esse oporteret, ad bonorum possessionem vocabo. *Justin. §. Theoph. Inst. tit. de bonor. possess.*

*Unde liberi patroni.*

I. Unde liberi patroni patronæque & parentes eorum bonorum possessionem petent, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, ab intestato bonorum possessionem dabo. *Justin. cum Theoph. Inst. tit. de bon. poss.*

*De successorio Edicto. Tit. 9.*

I. Qui ad bonorum possessionem ex superioribus capitibus vocantur, eam petant liberi & parentes intra annum, cæteri intra centesimum diem. *l. 1. in pr. b. t. Inst. tit. de bonor. possess. §. 2. vers. aubuc autem §. 4. §. fin.*

II. Si quis eorum eam bonorum possessionem dari sibi noluerit, aut diebus

diebus statutis non admiserit, tunc ceteris bonorum possessionem ita dabo, ac si prior ex eo numero non fuisset. l. 1. §. 10.

*Unde vir & uxor. Tit. 11.*

I. Unde vir & uxor bonorum possessionem petent: Si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, ei qui petet, ab intestato bonorum possessionem dabo. l. 1. b. t. §. 4. *Inst. tit. de bonor. possess.*

*Unde cognati manumissoris.*

I. Unde cognati manumissoris petent bonorum possessionem, si nullæ inde testamenti tabulæ proferantur, eis qui petent, ab intestato bonorum possessionem dabo. *Inst. d. loco.*

*De veteratorum & militum successione. Tit. 12.*

I. Si miles aut veteranus intestatus mortuus esse dicatur, cui sint castrensia bona: legitimo heredi, aut si is non erit, proximo cognato usque ad quintum gradum bonorum possessionem dabo: post eum gradum fisco vindicabuntur. l. 2.

*Unde ex legibus Senatusque consultis &c. Tit. 14.*

I. Uti me quaqua lege Senatusque consulto, bonorum possessionem dare oportebis, ita dabo. l. iii. pr.

## EX LIBRO XXXIX.

*De operis novi nunciacione. Tit. 1.*

I. Si novum opus nunciatum fuerit ab eo, qui iuraverit se non calumniæ causa id facere: ne quidquam novi operis fiat, vetabo, antequam nunciatio missa facta fuerit, vel vice nunciacionis missæ de opere restituendo satisfactum sit. l. 5. §. 14. b. t. l. 7. in pr. ff. de damn. infect.

II. Si quis rivos, vel cloacas velit reficere aut purgare, aut aliud ejusmodi opus facere, cuius mora periculum aliquod allatura sit, operis novi nunciacionem ei fieri non permittam. l. 5. §. 11. §. 12.

III. Quem in locum nunciatum est, ne quid novi operis fieret, qua de re agitur, quod in eo loco, antequam nunciatio fuerit remissa, aut in ea causa esset ut remitti deberet, factum est, id restituat. l. 20. in pr. b. t. l. 81. ff. de verb. sign.

IV. Quem in locum nunciatum est, ne quid novi operis fieret, qua de re agitur, si de ea re satisfactum est, quod ejus cautum sit, vel per te fiat quominus satisfiat, quominus illi in eo loco opus facere liceat, vim fieri veto. l. 20. §. 9.

*De damno infecto. Tit. 2.*

I. Si damni infecti nomine agatur, magistratibus municipalibus remittam ut apud eos caveatur damni infecti nomine fidejussoribus datis aut sponcione facta, intra eum diem qui a me constitutus erit. l. 1. §. 4. b. t. l. 7. ff. de verb. sign.

II. Si intra illum diem non caveatur: ei cui non cavebitur, in possessionem ejus rei mitti jubebo, dum ei qui aberit prius domum denunciari jubeam. l. 4.

III. In eum magistratum qui non curaverit quæ supra scripta sunt, si ab eo id postulatum fuerit, quanti ea res erit cuius damni infecti nomine cautum non erit, iudicium dabo. l. 4. §. 7.

IV. Damni infecti suo nomine promitti, alieno satisfidari jubebo ei qui iuraverit, non calumniæ causa id se postulare, eumque cuius nomine ager postulatorem fuisse in eam diem quam causa cognita statuero: si controversia erit, dominus sit necue qui cavebit, sub exceptione satisfidari jubebo. l. 7.

V. De eo opere, quod in flumine publico, ripave ejus fiet, in annos decem satisfidare jubebo: eum cui ita non cavebitur, in possessionem ejus rei, cuius nomine ut caveatur postulabitur, ire, & cum iusta causa esse videbitur, etiam possidere jubebo.

VI. In eum, qui neque cavebit, neque in possessione esse, neque possidere passus erit, iudicium dabo: ut tantum præstet, quantum præstare eum oportet, si de ea re ex decreto meo, ejusque cuius de ea re iurisdicção fuit, quæ mea est, cautum fuisset.

VII. Ejus rei nomine, in cuius possessionem misero, si ab eo qui in possessione erit, damni infecti nomine non satisfidabitur, eum cui non satisfidabitur, simul in possessione esse jubebo.

*De aqua, & aquæ pluvie arcenda. Tit. 3.*

I. Si cui aqua pluvia damnum dabit opere manu facto, aquæ pluvie arcendæ ei actionem dabo. l. 1. in princ. §. 1. §. 12.

II. In concedendo jure aquæ ducendæ, tam eorum in quorum loco aqua oritur, quam eorum ad quos ejus aquæ usus pertinet, voluntas exquiratur. l. in concedendo. 8. §. l. seq.

III. Quod si ii consentiant, secundum eorum voluntatem ductionem fieri jubebo.

*De publicanis & vectigalibus, & commissis. Tit. 4.*

I. Quod publicanus, aut quis publicani nomine vi ademerit, quodque familia publicanorum, si id restitutum non erit, in duplum, aut si post annum agatur, in simplum iudicium dabo. Item si damnus, injuria, surnonæ factum esse dicatur, iudicium dabo. Si id ad quos ea res pertinebit, non exhibebitur, in dominos sine noxæ deditione iudicium dabo. l. 1. §. 12.

## EX LIBRO XL.

*De liberali causa. Tit. 12.*

I. In liberali causa parentibus & liberis aliisque necessariis personis, invito eo qui in fervitute asseritur, causa cognita litigare permittam. l. 1.

II. Si qui cum se liberos scirent, dolo malo passi sunt se pro fervis venundari, in duplum adversus eos intra annum iudicium dabo. l. 14. l. 16. l. 18. l. 20. l. 21. §. seq.

## EX LIBRO XLII.

*De re iudicata. Tit. 1.*

I. Condemnatus ut pecuniam solvat, ab eo cuius de ea re iurisdicção est: Si neque solvat intra legitimum tempus, neque eo nomine satisfaciat, in eum iudicati actionem dabo. l. 4. §. 1. §. 3. l. 7.

II. Si victum vel stratum inferri quis iudicato non patiat, in eum uti ea res erit, animadvertam. l. 34. b. t. l. 43. §. duab. seq. ff. de verb. sign.

*De confessis. Tit. 2.*

I. Confessus si intra legitimum tempus pecuniam non solvat, neque eo nomine satisfaciatur, in eum ut in condemnatum actionem dabo. l. 1. §. 3.

*Quibus ex causis in possessionem eatur. Tit. 4.*

I. In bona ejus, qui iudicio sistendi causa fidejussores dederit, si neque potestatem sui faciat, neque defendatur, iri jubebo. l. 2.

II. Si adversus pupillum ex contractu cum eo inito agatur, isque non defendatur, bona ejus quandiu impubes erit, rei servandæ causa possideri jubebo. l. 3. §. 5.

III. Si pupillus in suam tutelam venerit, vel pupilla viripotens fuerit, & recte defendatur, eos qui bona possident, de possessione decedere jubebo. l. 5. §. 2.

IV. Et ejus cuius bona possessa sunt a creditoribus, veneant, præterquam pupilli & ejus qui reipublica causa sine dolo malo abstulit. l. 6.

V. Qui fraudationis causa latitavit, si boni viri arbitratu non defendatur, ejus bona possideri, vendique jubebo. l. 7. §. 1.

*De rebus autoritate iudicis possidendis, seu vendendis. Tit. 5.*

I. Si qui fructus ex prædio debitoris capi poterunt, eos creditor qui in possessionem bonorum missus est, vendere aut locare necesse habeat. l. 8. §. 1.

II. Si tamen a debitore ante venditi aut locati fuerint, venditionem aut locationem a debitore factam, etsi minoris distractum est vel locatum, tuebor. l. 8. §. 1.

III. Nisi in fraudem creditorum venditio aut locatio facta esse dicatur, quo casu arbitrium creditoribus dabo, ut ex integro venditionem aut locationem faciant. l. 8. §. 1.

IV. Si quis cum in bonorum possessione esset, quod eo nomine fructus ceperit, ei ad quem ea res pertinet, non restituat: sive quod impense sine dolo malo fecerit, ei non præstabitur, sive dolo malo ejus deterior causa possessionis facta esse dicatur, de ea re in factum iudicium dabo. l. 9. pr.

V. Quod postea contractum erit quam is cuius bona venierint, consilium receperit fraudare sciente eo qui contraxerit, ne actio eo nomine detur. l. 25. b. t. in vulgatis codicibus est lex 9. ff. de privilegiis creditorum.

*Quæ in fraudem creditorum gesta sunt, ut in integrum restituantur. Tit. 8.*

I. Quæ fraudationis causa gesta erunt cum eo qui fraudem non ignoraverit, de his curator bonorum, vel ei cui de ea re actionem dare oportebit, intra annum quo experiri potestas fuerit, actionem dabo: idque etiam adversus ipsum qui fraudem fecit, servabo. l. 1. pr.

II. Quæ Lucius Titius fraudandi causa, sciente te in bonis quibus de agitur, fecit, ea illi, si eo nomine quo de agitur, actionem ex edicto meo competere, esse oportet, & si non plus quam annus est, cum de ea re qua de agitur, experiri potestas est, restituas, atque etiam fructus qui fraudo cohabuisse dicentur: Interdum causa cognita etsi scientia non sit, in factum actionem permittam. l. 10. §. l. ult. §. 4.

## EX LIBRO XLIII.

*Quorum bonorum. Tit. 2.*

I. Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est quod de his bonis pro herede aut pro possessore possides, possidere, si nihil usucapum esset, quod quidem dolo malo fecisti, uti desineres possidere, id illi restituas. l. 1. pr. b. t. l. 68. ff. pro soc.

*Quod legatorum. Tit. 3.*

I. Quod legatorum nomine possides, aut dolo desisti possidere, non ex voluntate ejus ad quem ea res pertinet, si per bonorum possessorem non stat, ut satisfidetur, id illi restituas. l. 1. §. 2.

*Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. Tit. 4.*

I. Si quis dolo malo fecerit quo minus quis permissu meo, ejusque cuius de ea re iurisdicção fuerit, in bonorum possessione sit, in eum in factum iudicium quanti res ea fuerit, ob quam in possessionem missus erit, dabo. l. 1.

*De tabulis exhibendis. Tit. 5.*

I. Quas tabulas Lucius Titius ad causam testamenti pertinentes reliquisse dicatur, sive hæc penes te sunt, aut dolo malo tuo factum est, ut esse desinerent, ita eas illi exhibeas. Item si libellus aliudve quid relictum esse dicatur, decreto comprehendam. l. 1. b. t. l. 63. ff. de verb. sign. Paul. lib. 4. recept. sent. tit. 7.

*Ne quid in loco sacro fiat. Tit. 6.*

I. In loco sacro facere, inve eum immittere quid veto. l. 1. pr.

*Ne quid in loco publico vel itinere fiat. Tit. 8.*

I. Ne quid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, Senatusconsulto, edicto, decretove principum tibi concessum est: de eo quod erit factum, interdictionem dabo. l. 2. in pr.

II. In via publica, vel itinere publico facere, immittere quid, quo ea via iterve deterius sit, veto fiat. d. l. 2. §. 20.

III. Quod in via publica itinereve publico factum immittuntve habes, quo ea via iterve deterius sit, fiat, restituas. §. 35.

IV. Quominus illi via publica itinereve publico ire agere liceat, vim fieri veto. §. ult.

*De loco publico fruendo. Tit. 9.*

I. Quominus loco publico, quem is cui locandi jus fuerit, fruendum alicui locavit, ei qui conduxit, sociove ejus, e lege locationis frui liceat, vim fieri veto. l. 1. pr.

*De via publica & itinere publico rescindingo. Tit. 11.*

I. Quominus illi viam publicam, iterve publicum, aperire, rescindere, liceat, dum ne ea iterve deterius fiat, vim fieri veto. l. 1. princ.

*De fluminibus, ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo pejus navigetur. Tit. 12.*

I. Ne quid in flumine publico, ripave ejus facias, ne quid in flumine publico, neve in ripa ejus immittas, quo statio iterve navigio deterius sit, fiat. d. l. 1. in pr.

II. Ne quid in mari inve litore quo portus, statio, iterve navigio deterius sit, fiat. d. l. 1. §. 17.

III. Quod in flumine publico, ripave ejus fiat. Si quid in flumine ripave

riparante ejus factum habes, vel inmissum habes, quo statio iterve navigii deterius sit, fiat; restituas. §. 19.

Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat, quo aliter aqua fluat, quam priore estate fluxit. Tit. 13.

I. In flumine publico, in ripa ejus facere, aut in id flumen ripave ejus inmittere: quo aliter aqua fluat, quam priore estate fluxit, veto. l. 1. pr.

II. Quod in flumine publico, ripave ejus factum; sive quid in flumen publicum, ripave ejus inmissum habes: si ob id aliter aqua fluat, atque priore estate fluxit, restituas. d. l. 1. §. 11.

Ut in flumine publico navigare liceat. Tit. 14.

I. Quominus illi in flumine publico navem, ratem agere, quove minus per ripam onerare, exonerare liceat: vim fieri veto. l. 1. pr.

II. Item ut per lacum, fossam, stagnum publicum, navigare liceat, interdiciam.

De ripa mutianda. Tit. 15.

I. Quominus illi in flumine publico ripave ejus opus facere, ripa agrive qui circa ripam est tuendi causa liceat, dum ne ob id navigatio deterius fiat: si tibi damni infecti in annos decem boni viri arbitrato vel cautum, vel satisfactum est, aut per illum non fiat, quominus viri arbitrato caveatur, vel satisfactum, vim fieri veto. l. 1. pr.

De vi & vi armata. Tit. 16.

I. Unde tu illum vi dejecisti, aut familia tua dejecit: de eo queque ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum: post annum de eo quod ad eum qui vi dejecit, pervenerit, judicium dabo. l. 1. pr.

II. Unde tu aut familia tua, aut procurator tuus hominibus coactis armisque eum dejecisti, eo restituas. Cicer. in Orat. pro Cacin. Ulp. in l. 3. h. Ut possidetis. Tit. 17.

I. Uti eas ades, quibus de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, quominus ita possideatis, vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum non dabo, neque pluris quam quanti res erit, intra annum quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam. l. 1. in pr. Festus in verb. Possessio.

De superficiebus. Tit. 18.

I. Uti ex lege locationis, sive conductionis superficie, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero fruamini: Quominus ita fruamini, vim fieri veto, si qua alia actio de superficie postulabitur, causa cognita dabo. l. 1.

De itinere actuque privato. Tit. 19.

I. Quo itinere actuque privato quo de agitur vel via, hoc anno, nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es: quominus ita utaris vim fieri veto. l. 1.

II. Qui itinere actuque hoc anno non vi, non clam, non precario ab alio usus es: quominus [id] iter actuque, ut tibi jus esset, reficias, vim fieri veto. l. 3. §. 11.

III. Qui hoc interdicto uti volet, is adversario damni infecti quod per ejus vitium datum sit, caveat. l. 5. §. 4.

De aqua quotidiana & aestiva. Tit. 20.

I. Uti hoc anno aquam qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti: Quominus ita ducas, vim fieri veto. l. 1. pr.

II. Uti priore estate aquam qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti: quominus ita ducas, vim fieri veto. d. l. 1. §. 29.

III. Inter heredes, emptores, & bonorum possessores interdiciam. §. 37.

IV. Quo ex castro illi aquam ducere ab eo, cui ejus rei jus fuit, permissum est: quominus ita uti permissum est, ducat, vim fieri veto. §. 38.

V. Quandoque de opere faciendo erit interdictum, damni infecti cavere jubebo.

De Rivis. Tit. 21.

I. Rivus, specus, septa reficere, purgare, aqua ducenda causa, quominus liceat illi: dum ne aliter aquam ducat, quam uti priore estate, non vi, non clam, non precario, a te duxit, vim fieri veto. l. 1.

De fonte. Tit. 22.

I. Uti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua, nec vi, nec clam, nec precario ab illo usus es; quominus ita ea utaris, vim fieri veto, de lacu, piscina, puteo, item interdiciam. l. 1. pr.

II. Quominus fontem quo de agitur, purges, reficias, ut aquam coercere utique ea possis: dum ne aliter utaris, atque uti hoc anno non vi, non clam, non precario ab illo usus es; vim fieri veto. l. 1. §. 6.

De cloacis. Tit. 23.

I. Quominus illi cloacam qua ex adibus ejus in tuas pertinet, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto: damni infecti quod operis vitio sit factum, cavere jubebo. l. 1. in pr.

II. Quod in cloaca publica factum sive inmissum habes, quo usus ejus deterius sit, fiat, restituas. d. l. 1. §. 15.

III. Item ne quid fiat immittaturve, interdiciam.

Quod vi aut clam factum est. Tit. 24.

I. Quod vi aut clam factum est: qua de re agitur, id, cum experiundi potestas est, restituas. l. 1.

De remissionibus. Tit. 25.

I. Quod jus sit illi prohibere, ne se invito fiat, in eo nunciatio teneat, ceterum nunciationem missam facio. l. 1.

De precario. Tit. 26.

I. Quod precario ab illo habes, aut dolo malo fecisti, ut desineres habere, qua de re agitur, id illi restituas. l. 2.

De arboribus cadendis. Tit. 27.

I. Que arbor ex adibus tuis in ades illius impendet, si per te fiat, quominus eam adimas, tunc quo minus eam illi arborem adimere, sibi que habere liceat, vim fieri veto. l. 1. pr. & §. 6.

II. Que arbor ex agro tuo in agrum illius impendet, si per te fiat, quominus pedes quindecim a terra eam altius coerceas, tunc quo minus illi ita coercere, lignaque sibi habere liceat, vim fieri veto. l. 1. §. 7.

De glande legenda. Tit. 28.

I. Glandem qua ex illius agro in tuum cadat, quominus illi tertio quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto. l. un.

DIGEST.

De homine libero exhibendo. Tit. 29.

I. Quem liberum dolo malo retines, exhibeas. l. 1.

De liberis exhibendis, item deducendis. Tit. 30.

I. Qui quere in potestate Lucii Titii est, si is eam apud te est, dolo malo tuo factum est, quominus apud te esset, ita eum eamve exhibeas. l. 1. pr. b. t. l. 63. ff. de V. S.

II. Si Lucius Titius in potestate Lucii Titii est: quominus eum Lucio Titio deducere liceat, vim fieri veto. l. 3. pr.

Utrubi. Tit. 31.

I. Utrubi hic homo quo de agitur, majore parte hujusce anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto. l. 1.

De migrando. Tit. 32.

I. Si is homo quo de agitur, non est ex his rebus, de quibus inter te & actorem convenit, ut qua in eam habitationem, qua de agitur, introducta, importata, ibi nata factave essent, ea pignori tibi pro mercede ejus habitationis essent: sive ex his rebus esset ea merces tibi soluta, eove nomine satisfactum est, aut per te stat quominus solvatur, ita quominus ei qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto. l. 1. pr.

De Salviano interdicto. Tit. 33.

I. Quod de his rebus possides, de quibus inter dominum & colonum convenit, ut qua in fundum quo de agitur, invecata, ibi nata factave essent, ea pignori domino pro mercede ejus fundi essent, id domino restituas. l. 1. & 2. b. t. l. 2. §. ult. ff. de interdict. sive extraord. act.

EX LIBRO XLVI.

De solutionibus & liberationibus. Tit. 3.

I. Si debitor offerat pecuniam, qua petetur, creditor nolit accipere: ei creditori actiones denegabo. l. 30.

Rem pupilli vel adulescentis salvam fore. Tit. 6.

I. Rem pupilli vel adulescentis salvam fore, tutorem vel curatorem satisfidare jubebo. Ex tituli hujus inscriptione. & ex l. 5. §. 1. ff. de legit. tut. & ex §. 4. Instit. de divisi. stipul. Instit. Tit. de jurisd. l. 5. ff. de legit. tut.

Judicatum solvi. Tit. 7.

I. Judicatum solvi procuratorem, tutorem, & curatorem causa cognita satisfidare jubebo.

Ratam rem haberi. Tit. 8.

I. Ratam rem haberi ab eo, ad quem ea res pertinet, si quis stipulanti promiserit, isque postea ratum non habuerit, in eum qui promiserit, ex ea stipulatione actionem dabo. Ex inscript. b. t.

EX LIBRO XLVII.

De furtis. Tit. 2.

I. Qui furtum fecisse, aut cujus ope consilio furtum factum esse dicetur: Quarta eam rem parat esse, qua furto ablata esse dicetur, ejus in quadruplum si furtum manifestum fuerit, aut si nec manifestum, in duplum adverfus eum judicium dabo. l. 50. & l. 52. b. t. l. 179. & 193. ff. de V. S.

II. Si apud aliquem testibus presentibus furtiva res quaesita & concepta sit: adversus eum in triplum actionem dabo. Inst. Tit. de obligat. qua ex delict. §. 4. Gellius lib. 11. cap. 18.

III. Si quis rem furtivam alteri obtulerit ea mente, ut apud illum potius quam apud se conciperetur: eaque res apud eum cui oblata est concepta fuerit: ei cui oblata est adversus eum qui obtulisse dicetur, in triplum actionem dabo. Inst. Tit. de obligat. qua ex del. §. 4.

IV. Si quis furtum testibus presentibus quaerere volentem prohibuerit, in eum actionem dabo. Inst. tit. de obligat. qua ex del. §. 4.

Si is, qui testamento liber esse jussus erit. Tit. 4.

I. Si is, qui testamento liber esse jussus erit, post mortem domini ante aditam hereditatem subripuisse aut corrupisse quid dicetur dolo malo, quominus ex his bonis ad heredem aliquid perveniret: adversus eum intra annum, quo primum agendi potestas erit, in duplum actionem dabo. Ex inscript. & l. 1. in princ. & §. 5. §. 8.

Furti adversus nautas. Tit. 5.

I. In eos qui naves, cauponas, stabula exercebunt, si quid a quoquo eorum, quosve ibi habebunt, furtum factum esse dicetur, sive furtum ope, consilio exercitoris factum fuerit, sive eorum cujus qui navis navigandae, cauponae aut stabuli exercendi causa ibidem erunt, in duplum judicium dabo. l. 1. pr. b. t. l. ult. & pen. ff. naut. caupon.

Si familia furtum fecisse dicatur. Tit. 6.

I. Si familia furtum fecisse dicatur ignorante domino, ei arbitrium dabo, aut omnes noxios feros noxae dedere, aut tantum praestare, quantum si unus liber furtum fecisset. Ex inscript. & l. 1. & §. 3.

Arborum furtim caesarum. Tit. 7.

I. Si quis arborem furtim caedere, cingere, subsecare ausus fuerit, in duplum adversus eum judicium dabo: facta praeterea aestimatione, quanti domini interit non laedi. l. 5. 7. 8.

Vi bonorum raptorum. Tit. 8.

I. Si cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum esse dicetur, sive ejus bona rapta esse dicentur: in eum qui id fecisse dicetur de vi bonorum raptorum intra annum quo primum de ea re experiundi potestas erit, in quadruplum; post annum in simplum judicium dabo. Item si servus fecisse dicatur, in dominum judicium noxale dabo. l. 2. pr.

II. Cujus dolo malo in turba damnum quid factum esse dicetur: in eum in anno quo primum de ea re experiundi potestas fuerit, in duplum; post annum in simplum judicium dabo. l. 4. pr.

De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata.

Tit. 9.

I. In eum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, quid rapuisse, recepisse dolo malo, damnum quid in his rebus dedisse dicetur: in quadruplum in anno quo primum de ea re experiundi potestas fuerit; post annum, in simplum judicium dabo. Item in servum & in familiam judicium dabo. l. 1. pr.

I

De

## De injuriis &amp; famosis libellis. Tit. 10.

I. Qui injuriam aget, certum dicat, quid injuriæ factum sit; & taxationem ponat non minorem, quam quanti vadimonium fuerit. l. 7. b. t. Collat. legis Mosaic. cum Rom. Tit. de atroc. injur. §. 7. Instit. Tit. eod.

II. Adversus eum qui injuriam fecisse dicitur aut cujus dolo malo factum erit, ut cui injuria fieret, si is cui facta esse dicitur, eam statim in animum revocaverit, judicium dabo. l. 11.

III. Qui adversus bonos mores convivium cui fecisse, cujusve opera factum esse dicitur, quo adversus bonos mores convivium fieret, in eum judicium dabo. l. 15. §. 2.

IV. Si quis contra bonos mores foeminam appellaverit, affectatufve fuerit, vel ejus comitem abduxerit, in eum judicium dabo. l. 15. §. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

V. Ne quid infamandi causa fiat. Si quis adversus ea fecerit, prout quæque res erit, animadvertam. l. 15. §. 25.

VI. Qui servum alienum adversus bonos mores verberasse, de eo injussu domini, questionem habuisse dicitur: in eum judicium dabo. Item si quid aliud factum esse dicitur, causa cognita judicium dabo. l. 15. §. 34.

VII. Si servus injuriam fecisse dicitur, adversus dominum noxalem actionem dabo, ita ut domino facultas præstetur, servum arbitrato judicio verberandum dare: Aut si de eo verberibus satis non fiat, noxæ dedere aut litis æstimationem suffere. l. 17. §. 4. & seq.

VIII. Si ei qui in alterius potestate erit, injuria facta esse dicitur: & neque is, cujus in potestate est, præsens erit, neque procurator quisquam existat, qui eo nomine agat, causa cognita, ipsi qui injuriam accepisse dicitur, judicium dabo. l. 17. §. 10.

## De sepulchro violato. Tit. 12.

I. Cujus dolo malo sepulchrum violatum esse dicitur, in eum in factum judicium dabo: ut ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquum videbitur, condemnetur. Si nemo erit, ad quem pertineat, sive agere nolet: quicumque agere volet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent, cujus iustissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam. l. 3. pr.

II. Si quis in sepulchro dolo malo habitaverit, ædificiumve aliud, quam quod sepulchri causa factum sit, habuerit: in eum (si quis eo nomine agere volet) ducentorum aureorum judicium dabo. l. 3. pr.

## De Concussione. Tit. 13.

I. Si simulato Prætoris aut Præsidis jussu concussio facta esse dicitur, ablata ejusmodi terrore restitui jubebo. Et in eum qui abstulisse dicitur, ut ea res erit, animadvertam. l. 1.

## EX LIBRO XLIX.

## De jure fisco. Tit. 14.

I. Bona quæ solvendo non sunt, ita demum venire jubebo, si ex his fisco adquiri nihil possit. l. 1. §. 1.

## EX LIBRO L.

## Ad municipalem, &amp; de incolis. Tit. 1.

I. Ubi municipes domicilium habere dicentur, ibi unumquemque eorum conveniri ac publicis muneribus fungi jubebo. l. 1. l. 27.

II. Incolam & his magistratibus parere apud quos incola est, & illis apud quos civis esse dicitur, atque in utroque loco publicis muneribus defungi jubebo. l. 29.

## De muneribus &amp; honoribus. Tit. 4.

I. Honores gradatim deferri, certoque ordine jubebo. l. 11. l. 14. §. 4.

VETERUM EDICTORUM TAM URBANORUM  
QUAM PROVINCIALIUM FRAGMENTA,  
QUÆ APUD ALIOS AUTORES  
LEGUNTUR.

## De jure dicundo.

Si perperam judicavit senatus, cognoscam; & ubi cognovero, animadvertam. Cicer. lib. 2. in Verr.

## De feriis.

Die noni Populo Romano, Quiritibus compitalia erunt: quando concepta fuerint, nefas. Gellius lib. 10. c. 24. Macrob. lib. 1. c. 4. & c. 16. Varr. lib. 5. de ling. Lat.

## Ex quibus causis majores in integrum restituantur.

Si feriæ extra ordinem sint indictæ, ob res puta prospere gestas, vel in honorem Principis, & propterea magistratus jus non dixerit, Cajus Cassius nominatim edicebat restitutum se: quia per Prætores videbatur factum. Ulpian. in l. sed etsi 26. §. si feriæ 7. ff. ex quibus caus. major. in int. restit.

## De jurejurando.

Sacerdotem vestalem, & flaminem dialem in omni mea jurisdictione jurare non cogam. Gellius lib. 10. c. 15.

## Caput Edicti.

Titulus servorum singulorum ut ei scriptus sit, coerato. Ita ut ei intelligi recte possit, quid morbi vitioe quoque sit, quis fugitivus errove sit, noxæ solutus non sit. Gellius lib. 4. c. 2.

## De acquirenda vel omittenda hereditate.

Aristo in decretis Frontonianis ita refert: cum dux filia patri necessariae heredes extitissent, altera se paterna abstinerat hereditate, altera bona paterna vindicarat, totumque onus suscipere parata erat; Sanctum Cassium Prætores causa cognita actiones hereditarias utiles datorum recte pollicitum ei, quæ ad hereditatem patris accesserat, denegaturumque ei, quæ se abstinerat. Pompon. in l. ult. de acquir. vel omitt. hered. l. 26. §. si feriæ. ff. ex quibus caus. major.

## De legitimis hereditatibus.

Cum intelligam legem Voconiam:

Cupiditati hominum me obviam ire.

Qui ab Aulo Postumio, Q. Fulvio censoribus postve ea fecit, fecerit. Cic. l. 2. in Verr.

Si quis heredem fecit, fecerit: nec petitionem nec possessionem dabo.

## De bonorum possessionibus.

Si de hereditate ambigitur, & tabula testamenti obfignata, non minus multis signis quam lege oporteat, ad me proferentur: secundum tabulas testamenti potissimum hereditatem dabo. Cicer. lib. 3. in Verr.

Si tabula testamenti non proferentur, ei, qui se heredem esse dicit, hereditatem dabo. Cicer. lib. 3. in Verr.

Si tabulae testamenti non proferentur, tum uti proximum quemque potissimum heredem esse oporteret, si is intestato mortuus esset, ita secundum eum bonorum possessionem dabo. Cicer. lib. 3. in Verr.

Si de hereditate ambigitur, & possessor sponsonem non faciet. Cicer. lib. 2. in Verr.

Si mulier in edicto quod de alterutro est, cum suam explanaverit optionem, ne poenitentia possit ad aliud transire: etiam satisfactio cogetur præcavere, nisi si ætatis juvetur auxilio. Imperat. Theodosius, in l. si quis agere. 7. C. Theod. de testam. & codicill.

Sciendum itaque est, edictum prætoris, quod de alterutro introductum est, in ex stipulatu actione cessare, ita ut uxor & a marito relicta recipiat, & dotem consequatur. Justinian. l. unic. §. sciendum. C. de rei ux. actione.

## Quibus ex causis in possessionem eatur.

Qui fraudationis causa latitarit. Cic. in orat. pro Cæcin.

Cui hæres non extabit.

Qui exilii causa solum verterit.

Qui ex edicto meo in possessionem venerint, eos ita videtur in possessione esse oportere. Quod ibidem recte custodire poterunt, id ibidem custodiant. Quod non poterunt, id auferre & abducere licebit. Dominum invitum detrudere non placet.

## De fluminibus.

Qui flumina retanda publice redempta habent, si quis eorum ad me ductus fuerit, qui dicatur, quod eum ex lege locationis facere oportuerit, non fecisse, judicium dabo. Gellius lib. 11. cap. 17.

## EX VARIIS ET INCERTIS TITULIS.

Interea dies advenit quo die sese ex instituto & lege Rupilia dicas fortitutum Syracusis edixerat. Idem Tullius lib. 4. in Verr.

De Bibuli Edicto nihil novi præter illam exceptionem de qua tu ad me scripseras, minus gravi præjudicio in ordinem nostrum. Ego tamen habeo *ἰσχυρά* sed tectiorem ex Q. Mucii P. F. Edicto Asiatico, extra quam si ita negotium gestum est, ut eo fieri non oporteat, ex fide bona. Multaque sum secutus Scævola: in iis illud, in quo sibi libertatem censent Græci datam, ut Græci inter se disceptent suis legibus. Breve autem Edictum est propter hanc meam *ἰσχυρά* quod duobus generibus edicendum putavi; quorum unum est provinciale, in quo est de rationibus civitatum, de ære alieno, de usura, de Syngraphis, in eodem omnia de Publicanis: alterum, quod sine Edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, Magistris faciendis, vendendis, Quæ ex Edicto & postulari & fieri solent; tertium de reliquo jure dicundo *ἄλλα* reliqui. Dixi, me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum. Mox sequitur. Diem statui satis laxam, quam ante si solverint, dico me centesimas daturum, si non solverint ex pacione. Idem lib. 6. epistol. ad Attic. epist. 1. de edicto Proconsulari Ciliciensi.

Interim cum ego in Edicto tralatitio, centesimas me observaturum, haberem cum anatocismi anniversario. Cicer. epist. ult. lib. 5. ad Attic.

Quid enim reprehendi potest, nisi quod addis visum esse quibusdam edictum meum, quasi consulto ad istas legationes impediendas esse accommodatum? Jam non tam mihi videntur injuriam facere ii, qui hæc disputant, quam si cujus aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui Edictum, nihil addidi, nisi quod publicani me rogarent, cum Samon ad me venissent, ut de tuo Edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentissime scriptum caput est quod pertinet ad minuendos sumptus civitatum. Quo in capite sunt quædam nova, salutaria civitatibus, quibus ego magnopere delector: hoc vero ex quo suspicio nata est, me exquisivisse aliquid in quo te offenderem, tralatitium est. Neque enim tam eram delapsus, ut privata rei causa legari putarem, qui & tibi non privato & pro re non privata, sed publica, non in privato, sed publico orbis terræ consilio, id est, in Senatu gratias agerent, mittebantur. Neque cum edixi, ne quis injussu meo proficeretur, exclusi eos, qui me in castra & qui trans Taurum persequi non possent. Cicer. epistol. 8. lib. 3. ad famul.

Juris quædam nota apud Probum & Magnonem quæ ex edictis esse videntur.

Hereditatis bonorumve possessio.

Quod ejus rei factum esse dicitur.

Veteri possessori reditum.

Arbitrium liti æstimandæ.

Convictus esse dicitur.

Juris dicendi causa.

Non calumnia causa.

Dolo malo fraudifve causa.

Fraudationis causa latitare.

Opera, donum, munus.

Qua de re.

Causa cognita.

Quod recte factum esse videbitur.

O R D O  
E D I C T I P E R P E T U I,  
U N A C U M S E R I E L I B R O R U M,  
Q U O S J U R I S C O N S U L T I V E T E R E S A D I D S C R I P S E R E.

FERI AN- TIANI ad Edictum Liber.	POMPONI ad Edictum Liber.	CALISTRA- TI ad Edictum monitorium Liber.	P A U L I ad Edictum Liber.	ULPIANI ad Edictum Liber.	CAII ad Edictum Provinciale Liber.	JULIANI Digestorum Liber.	HERMOGE- NIANI Epitomarum Juris Liber.
			<i>Prefatio Edicti adversus eos qui quid adversus Edictum fecerint.</i>				
			1 De actione danda vel deneganda a Praetore. De Magistratibus Municipalibus, eorum potestate & officio.	1			
			2 De modo Jurisdictionis eorum. De Vadimonio. De Vindictis secundum possessorem interim dandis. De Mandata Jurisdictione & Judice dando.	2			
	10 11		3 De Formula Jurisdictionis, deque Albo Praetoris corrupto. De Edendo. De Pactis.	3 4	2		
			4 <i>De in Jus Vocando.</i> Qui neque sequantur, neque ducantur.	5			
		1	5 De Postulando. De his, qui notantur infamia. De Forma agendi. De plus petendo. De cautione Judicio fitti, & Vadimonio deserto. De dote, de muliere, abesse, amilisse.	6 7		2	
			6 De Cognitoribus. De Procuratoribus. De universitatis cujusque causis. De Negotiis gestis. De Calumniatoribus.	8 9 10	3		
1	24 26		7 De Cognitoribus. De Procuratoribus. De universitatis cujusque causis. De Negotiis gestis. De Calumniatoribus.	8 9 10			
	27 28		11 <i>De in Integrum Restitutionibus.</i> De Dolo malo. De Metu. De Minoribus 25 annis. De Capitis diminutione. De eo quod falso tutore gestum. Ex quibus causis majores. De Alienatione Judicii mutandi causa. De Temporibus in integrum restitutionis.	11 12 13	4		
	30 31		12 & Brevium 3 <i>De Receptis qui arbitrium.</i> Nautae, Caupones, Stabularii, ut recepta restituant. De Satisfacendo.	14	5		
	33 34		13 <i>De Receptis qui arbitrium.</i> Nautae, Caupones, Stabularii, ut recepta restituant. De Satisfacendo.	14	5		
	36		15. 16. <i>De Judiciis.</i> 17. 18. De Inofficiosi querela. 19. 20. De hereditatis petitionibus.	15	6	5 6	
	37 39 40		21 <i>De Rei Vindicatione.</i> De Publiciana. Si ager vectigalis. De usufructu, usu, habitatione. De servitutibus.	16 17		7	
Haecenus ex Furio An- thiano.		2	22 <i>De Damno dato. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.</i> Ad L. Aquilianam. De Noxalibus actionibus.	18	7	8	
			23 Finium regundorum. Familiae erciscundae. Communi dividundo.	19 & 20		9	
			24 De Judice litem suam faciente & mutando. De Fraudatoris actionibus. De interrogationibus in jure faciendis. De Jurejurando. De his qui effuderunt vel dejecerunt. De servo corrupto. De aleatoribus. Si mentor falsum modum dixerit. Ad exhibendum, & de ventre inspiciendo. De religiosis.	21 22 23 24 25	8		10
			25 <i>De Rebus creditis, &amp; certi Conditione.</i> De Jurejurando. De Conditionibus, indebiti, & aliis. De Conditione furtiva. De Conditione triticaria. De eo quod certo loco. De pecunia constituta. Commodati. De Pignoratitia actione. De Praescriptis verbis & in factum actionibus. De Exercitoria. De Institoria. De Tributaria. Quod cum eo qui in aliena potestate. De SC. Macedoniano. Quod jussu De in rem verso } Hic ordo fuit, ut docet lex I. De peculio } Quod cum eo qui &c. & lex I. de Feculio. Ad SC. Vellejanum. De compensationibus. De deposito. De mandato. Pro loco. De emptione, seu Actionibus Empti venditi. De locatione, de L. Rhodia de jactu. De Altimatoria. De pignoribus. De evictionibus.	26 27 28 29 30 31 32	9	11 12 13 14	2
	63		34 De Altimatoria. De pignoribus. De evictionibus.	32	10	15	

POMPONI.	CALLISTRATI.	PAULL.	ULPIANI.	CAII.	JULIANI.	HERMOGE- NIANI.
		Paulus ad Edictum lib. 36. 37. Brevium 7. 38			16	
		36	De nuptiis. De Jure Dotium. De Fidei Dotalibus. De Fundo Dotali. De Divorciis, soluto matrimonio dos quemadmodum petatur. De Retentionibus ex dote, ob res donatas, ob impensas. De Donatione inter virum & uxorem. De Mora in dote danda, ac reddenda. De Actione rerum amotarum. Si Ventris nomine. De agnoscendis liberis.	33	11	17 18 19
69						
		38 Ad Edictum & Brevium S.	De Tutelis. De satisfatione tutorum. De Executionibus. De Administratione tutorum. De rebus eorum qui sub tutela. De suspectis Tutoribus. De Tutela Actionibus. De Magistratibus conveniendis. De Curatore furiosorum.	35	12	20 21
		39	De Noxali Furto actione, & in genere. De Furto a servo qui testamento liber esse iustus est. De Publicanis & furto a familia eorum facto. De Operis Libertorum.	37 38	13	22
